In iſta regula dicit ꝙ quādo aliqui ꝯcurrūt ſuper aliquo beneficio vacāte vel certo mō vacaturo:puta per ꝯctū mr̄imonij titij:vel p ingreſſum religionis vl̄ p ꝓmotionē ⁊c.tūc ſi ſunt ſub eadē data ille q hꝫ motū ꝓpriū prefertur non hñti ⁊ graduatus nō graduato:⁊ poſſeſſor nō poſſeſſori:⁊ pſens i curia abſenti ⁊ non beneficiatus beneficiato:⁊ oriundus nō oriundo:⁊ dioceſanus nō dioceſano in alijs prefertur:ille qui primo preſentauit ſuas litteras executorib⁹ hoc dicit. Et certe. R. dn̄e ad tollēdū dubia huius regle: vel ſaltē ad declarādū ea que practicanť i curia oporteret ſcribere hic vnū quinternionem:ſed ſi ſic facerē nō finirē has regulas iſto anno ⁊ ſatis eſt mihi ꝙ oē ſapiēti cauſaꝫ ⁊ ſapiētior erit.iuxta.c.vides §.fi.xxiij q.vi.ſuccinte dicā de qualibe t iſtarū ꝓrogatiuaꝝ aliquid ⁊ primo dico de motu proprio ⁊ in hac prerogatiua valde erat dubitādū:quia motus ꝓprius nō exꝑeratur ꝺ iure ſcripto:niſi id qđ reperiť expreſſū hoc dicit glo.mihi ſingularis bene intellecta in cle.ſi romanus.de prebē.⁊ eam allegat ad hoc Siculus notāter in capi.quia circa.de conſang.⁊ affi.ſed nō reperitur iure cautum:niſi tollat ſubreptionē in ca.ſi motu proprio.de preben.li.vi.ergo ⁊c.maxime qa nec tollit ius tertij etiam ad rem: vt dicunt docto.⁊ ſeqtur Dominicus in.c.ſi tibi abſenti.eo.ti.⁊ lib. ſed nihilominus hic ſtatuitur cōtrariū.ſ.ꝙ ceteris paribus preferatur habens motum propriū alteri non habenti:⁊ pōt eſſe ratio:quia impinguat gratiā quo ad ibidē cōprehēſa:vt fiat interpretatio latiſſima.vt in.c.ſi plurib⁹ eo.ti.⁊ li.ergo ⁊c. Et ſi dicať ꝙ nō extēdit gratiā fateor:vt dicit Domi.ibi.⁊ gl.in cle.per lr̄as.eo.ti.in v̄bo directas. Et rn̄deo ꝙ h̄ nō āpliat:ſꝫ extēdit quō ad ꝯtēta in gr̄a:ergo ⁊c.⁊ cū tex.loquať hic idiſticte dico ꝙ etiā ſi habēs motū ꝓpriū haberet alia benefi-

An p obitum papa expirēt ꝓrogatiue.

cia ſatis eſſet ꝙ illa clauſula tolleret ſibi ſubreptionē
⁊ nō daret ſibi p̄rogatiuā huius regule:tñ nihilomi
nus dico:q̄ ēt hꝫ p̄rogatiuā ex quo idiſticte loquit̄
iſta r̄la:ergo ⁊c.lꝫ in caſu quo tolleret diligentiā pro-
ceſſus ſcd̄ꝫ docto.c.duobus.de reſcrip.li.vi.dixerim
hic legēdo illud.c.⁊ dedi.in ſcriptis ꝙ qñ tollebat ſub
reptionē nō tollit diligētiā ꝓceſſus tñ in caſu nr̄o huiꝰ
regule ꝯriū dico:⁊ anteq̄ꝫ veniā ad alias p̄rogatiuas
dico ꝙ iſta r̄la venit ad declarationē.c.ſi a ſede.de p̄-
ben.lib.vi.Ex quo ſequit̄ ꝙ ſi vnꝰ hr̄et ꝓuiſionē lega
ti motu ꝓprio:⁊ alius eodē die a papa ꝙ p̄fert̄ hūs
motu ꝓprio a legato per hanc regulā. ¶Ulla ꝫ motus
proprius legati idē operat̄ ſicut motus propriꝰ pape.
vt notat Joā.de Jmo.in dicta cle.ſi romanus.⁊ ideꝫ
crederem de motu proprio ordinarij in caſu huius re
gule qñ exprimit̄:q̄ nō reperio iure prohibituꝫ ꝙ nō
poſſit conferre ordinarius motu proprio:nec q̄d non
poſſit ſe vocare ſeruū ſeruoꝝ dei. ¶Seq̄t̄ alia p̄roga-
tiua ibi graduati non graduatis ⁊c.⁊ iter graduatos
⁊c.h̄ ꝯcordat cū iure cōi.ar.c.de multa.de p̄bē.⁊ di-
cerē ſalua correctiōe.D.T.R.ꝙ iſta regula itelligat̄
ſm̄ ius cōe.ſ.ſi graduati ſint idonei.Nā iura loquētia
de pſonis loquunt̄ de idoneis ſufficiat.l.gradatim.
in p̄n.ff.de mu.⁊ ho.⁊ gl.in.l.C.de ſaſan.ec.⁊ in.c.eu
nuchus.lv.di. ¶Jdeo ſi vnus doctor eſt factus a co-
mite palātino ſine ſcia q dicēdus ē dolor potiꝰ q̄ꝫ do
ctor tūc non deberet p̄ferri docto viro ſcolari:⁊ ad h̄
faciat gl.in.l.i.C.de annonis ciuilibꝰ.li.xi.q dicit ꝙ
ſcolaris doctꝰ p̄fert̄ doctori idiote:⁊ lꝫ Abbas i.c.cle
rici deuidi.iteligat illā glo.in diſputatiōibus ⁊ nō in
honoribus tñ quo ad regimē eccl̄ie arbitror nō pecca
re iudicē q iudicaret ſm̄ hāc regulā pro ſcolari docto
cōtra aſinum doctorē:faciant que notant docto.ma-
xime Domi.in.c.cum ex eo.de elec.lib.vi. Fateor tñ

Qūo operat̄ motꝰ ꝓprius.
Scd̄a pars.

ꝙ ſi cōcurrēs ſecū etiā eſſet eiuſdē doctrine vel aliq̄li
ter plus ꝙ deberet ſeruari iſta regula. ¶Jteꝫ dico ꝙ
lꝫ de iure nō reperiatur gradus in ſcia niſi doctoratꝰ
vel magiſteriū:vt fundat̄ in cle.ii.de magiſtris ⁊ facit
q̄d dicūt docto.in ꝓhemio.vi.vbi etiā dicūt de licē-
tiato ꝙ potiꝰ dr̄ ſcolaris q̄ꝫ doctor.tñ quo ad iſtā r̄laꝫ
crederē ꝙ ēt Baccalarius maxie factus in hyſpania
dicat̄ graduatus cū ter examinat̄ anteq̄ꝫ fiat baccala
rius:ḡ ⁊c.facit.l.i.C.de elec.lib.x.idē dico de licētia-
to vbiqꝫ:q̄ in fauorabilibꝰ appel.doctoris venit licē
tiatꝰ ſecus in odioſis.vt dicit Domi.in ꝓhe.vi.⁊ bal.
in.l.in.ff.ſo.ma.tñ ſi diſpō loquat̄ de h̄ nō ſufficit eſſe
licētiatū.vñ ſi ptās tenet̄ hr̄e doctorē non ſatiſfacit ſi
hr̄et licētiatū.vt dicit Bal.in.l.penul.ff.de milita.te
ſta. ¶Dico tñ ad hāc regulam ꝙ ſi licētiatus in iure
īpetraret bñficia tāq̄ꝫ doctor:ꝙ eius īpetratio eſt ſur
repticia:q̄ birretū ⁊ inſignia ponunt̄ ſibi tāq̄ꝫ docto
ri ⁊ nō tanq̄ꝫ licētiato:h̄ dicit Jaco.Rebuſi.in.l.ſtig
mata.C.de fabri.l.xi.iō dico ꝙ in hoc caſu ēt ſi cōcur
rens ſecū nō ſit graduatus p̄ferret̄ ſibi:lꝫ vellet vti
licētiatura tantū ꝯtra eū p p̄dicta. ¶Uenio nunc ad
tertiā p̄rogatiuam ibi:colorato titulo poſſeſſores nō
poſſeſſoribus ⁊c.hoc ēt ꝯcordat cū iure cōi vꝫ cū.c.ſi
a ſede.i.reſponſo.de p̄ben.li.vi.⁊ in regula in p̄n.de
reg.iu.li.vi.⁊ debet itelligi iſta regula de collatiōe fa
cta a diuerſis:q̄ ſi papa tñ eſſet facta duplex ꝓuiſio
beneficij:vel a legato:vel ab ordinario:tunc ſi nō ap
pareret que eſſet p̄ma nō valeret aliqua ipſaruꝫ ar.l.
duo ſunt ticij.ff.de teſta.tute.⁊ hoc dicunt doctores
in terminis illius.c.ſi a ſede.tñ Jo.de imo dicit hoc
verū ibi.ſi nullus poſſideret:ſed ſi aliquis poſſideret
dicit ꝯtrariū p illū tex.ſed Dñicus itelligit hoc verū
quo ad hoc vt poſſeſſor abſoluat̄ ab impetratiōe alte
rius:alias dicit ſecus quo ad titulū.ar.c.i.de reg.iur.

Jn ſciētia de iure nō reperit̄ gradus niſi doctoratꝰ vel magiſterium.

li.vj.⁊ ſic videretͬ in hoc caſu:ſed certe ego dicerē ſal
ua determiatiōe.D.T.R.ꝙ i caſu hui⁹ regule poſſeſ
ſio de titulū ſicut i caſu dicti.c.ſi a ſede.q2 ē declara
tio ꝑncipis q pōt ius dare:ergo ⁊c.ſufficiat ſi bñ re
cordoꝛ vnū dictū Jo.an.in.c.ſi tibi ꝯceſſo de ꝑbē.li.
vj.aliud tñ dicēdū putarē in caſu regule infra de tri
ennali poſſeſſoꝛe.⁊ hoc ꝑ ei⁹ v̄ba ibi amplius nō poſ
ſet moleſtari ⁊c.⁊ ibi dicā forte.⁊ ſic ſniat rota i caſu
illius rle.ſ3 in caſu iſtius rle.ēt in collatiōe duplici fa
cta duobus ab vno crederē ꝙ ex quo indiſtincte loqͬt
regula ꝙ indiſtincte dꝫ itelligi.q2 vbi lex non diſtin
guit neqꝫ nos diſtinguere debem⁹.l.iij.in.fi.cū gl.ff.
de offi.preſi.ar.c.ſi romanoꝝ.xix.diſt.Et ſic dico ꝙ
in caſu huius regule poſſeſſio det titulū.etiā ſi coloꝛa
ta ſit tantum alias ꝙ confirmet titulū inualidum vt
hic ⁊ in dicto capi.ſi a ſede.Naꝫ ex quo titulus erat
īualidus vtriuſqꝫ rōne dubij.vt in dicta.l.duo ſunt ti
cij:⁊ i.l.ſi fuerint.ff.de rebus du.ſequitͬ ꝙ ex quo cō
firmatͬ ratione poſſeſſionis ꝙ det poſſeſſio in hoc ca
ſu titulū vel ꝯfirmet.⁊ ſic beati qui tenebunt:vt dicit
glo.quā notat ibi Bal.in extractis feudoꝝ.in.c.i.
de pace tenē.§.ſi treſ.co.x.ex qbus infero ꝙ poſſeſſoꝛ
cadens a poſſeſſione in caſu iſtius regule pōt petere
bñficiū a quocūqꝫ poſſeſſoꝛe ēt hñte titulū qd nō poſ
ſet facere in caſu regule de triēnali vt practicat rota.
¶Uenio nunc ad quartā ꝓrogatiuaꝫ:in qua dicitͬ ꝙ
Quarta ps. preſentes in curia preferuntͬ abſentibus ⁊c.Jſta ꝓro
gatiua eſt preter ius:ſed tñ tolleratͬ a iure.facit.l.i.C.
de caſtren.omni.palentino.pecu.li.xij.ibi qd eniꝫ tā
ex caſtris eſt:⁊ ibi nec alicui eniꝫ ſunt a puluere ⁊ la
boꝛe caſtroꝝ ⁊c.⁊ facit illud vulgariū is gradus cete
ros antecellit ⁊c.ꝑmaxime q2 preſentes in curia gra
ues iniurias patiuntͬ a viliſſimis hominibus qd gra
uiter ferendū eſt.argu.auc.habita.C.ne filius pro pa

tre.⁊ ideo quia regula iſta loquitͬ indiſtincte:crederē
ꝙ ſi oꝛdinarius in partibus contulit beneficia exiſti
bus in curia.⁊ papa alteri abſenti i partibus ⁊ cōcur
rūt eodē die ne obſtet.c.ſi tibi abſenti.de prebē.li.vi.
vel oꝛdinarius exiſtens in curia cōtulit exiſtenti in cu
ria qd poteſt facere ſm Innocen.in.c.quia diuerſita
tem:de cō.preben.in fine ꝙ tūc ſi eadē die fuit facta
collatio oꝛdinarij ⁊ pape preferͬ ille qui eſt pñs alteri
abſenti.etiā ſi habuit bñficiū a papa per hāc regulā
¶Uenio ad qntā vbi dꝛ ꝙ non bñficiati bñficiatis ⁊ Quinta ps.
iter pñtes ⁊ abſentes ⁊c.iſta ꝑticula debet itelligi re
ferēdo ſingula ſingulis facit glo.in cap.ſi qs pecunia
iūcto tex.lxxix.di.itaqꝫ ſit ſenſus ꝙ inter pñtes tñ ꝑ
feratͬ nō beneficiatus bñficiato ⁊ inter abſentes tñ
preferatͬ nō bñficiatus beneficiato:⁊ nō dꝫ itelligi ꝙ
ēt ſi vn⁹ ſit pñs:⁊ alter abſens ꝙ preferatͬ nō bñficia
tus ⁊c.ideo ifero ꝙ ſi pñs i curia ſit bñficiatus.tñ ab
ſens nō eſt bñficiatus ꝙ ēt pñs dꝫ ſibi ꝑferri ꝑ hāc re
gulā.¶Uenio ad ſextā ꝓrogatiuā ibi et ceteris pari Sexta pars.
b⁹ oꝛiūdus nō oꝛiūdo:et dioceſan⁹ nō dioceſano ⁊c.
et q̄ ad iſta duo requiruntͬ iura varia.nā in.c.ſi.de cleͬ.
pegri.cū glo.idē q̄ſi diceret.et i.c.hoꝛtamur.lxxi.diſt.
cū glo.ſed glo.i.c.ad decoꝛē.de iſti.u.vult ꝯriū.et ab
bas tenet ꝑ ſua ꝑte et glo.in.c.ſi ꝓponēte de reſcrip.
qd no.Ab.ibi:et itricate loqͬt.et Anto.moꝛdet eā.qc
qd tñ ſit ſatis eſt ꝙ oꝛiūdus oꝛiūdo ꝑferͬ vt hic.qd i
telligo veruꝫ ſi ſit idone⁹.vt ſupra dixi alias ſecus.vt
vult Abb.i.d.c.ad dcoꝛē.et idē ē de dioceſano ꝑ iura
allata ſupius.¶Uenio ad ſeptimā ꝓrogatiuā ibi:in Septima ps
reliqs v̄o.vbi dꝛ q i oib⁹ alijs q̄ꝫ ſupradictis dꝫ attēdi
pñtatio lraꝝ nā q ꝑoꝛē tpe potioꝛ ſit iure.c.q prioꝛ.d
re.iu.li.vi.et i hoc ē aduertēdū:q2 iſte.§.vult.hoc eſſe
verū ceteris parib⁹:vt ibi.reliqs v̄o ⁊c.Ex quo ſequi
tur ꝙ omnes ſupioꝛes ꝓrogati tollūt diligentiam pro

ceſſus. i. preſentationem litterarum per locū a ſpecia
li. ar. c. preſenti. §. loca. cum glo. ſua de preben. lib. vi.
¶ Ex quo infero ꝙ habens motu proprio collationē
ſibi factam prefertur non habenti etiam diligentiori Nota.
in proceſſu. ¶ Item ab ordine littere dico idem fore
de oībus prerogatiuis ſuperius nominatis. ex quo ēt
infero ꝙ etiā graduatus non oriundus ꝛ etiā abſens
prefertur in vacantibus: vel certo modo vacaturis
preſenti in curia oriundo. ꝛ etiam diligentiori in pro
ceſſu per hanc regulā: lꝫ tria vincula vincant vnum
ar. c. i. de treu. ꝛ pace. ꝛ auc. ſic itaqꝫ. C. cōia de ſuc. tn̄
iſta regula tollit omnes alias prerogatiuas: ꝛ ſic dico
de omnibus prerogatiuis ab ordine littere ſuperius
nominatis. ꝛ aduertendum ꝙ omnis nominatiuus
hic poſitus regitur ab iſto verbo p̄feraꝛ poſito in fi.
ergo ex quo ponuntur ſub vno conſtructo pariformi
ter debent oīa intelligi iuxta doctrinā Bar. in. l. talis
ſcriptura. ff. de le. i. ꝛ in. l. pretor ait. §. eritqꝫ ōria. ff. vi.
bo. rap. ex quo infero ꝙ quicunqꝫ hic prerogatiuatus
prefertur nobile non prerogatiuato. nam ſi papa vo
luiſſet facere mentionem de nobili expreſſiſſet. c. ar.
ad audientiam. de deci. nec video ꝙ in iſtis cēſeatur
prerogatiua nobilitas de iure. nam. c. de multa tn̄ lo
quitur de diſpenſatione faciēda. ergo ꝛc. ꝛ ſic rn̄di lꝫ
contra meipſum qui bis probaui nobilitatem meam
in curia ꝛ hec ſufficiant.

¶ Sequitur. xvi. regula.

¶ Itē ne per varias que pro cōmiſſionibꝰ
habendis in cauſis plerūqꝫ fiunt ſuggeſtio
nes iuſtitia poſt ponatur ideꝫ dn̄s noſter de
creuit ꝛ declarauit ſue intentiōis fore ꝙ de
inceps p quancunqꝫ ſignaturam ſeu ꝯceſſio
nem pro cōmiſſionibus hmōi per ſanctitatē
ſuā vel de eius mandato faciendā nulli ſibi
ius queſitum quomodolibet tollatur.

¶ In iſta rl'a dr̄ ꝙ p quācūqꝫ ſignaturā nulli tollatur
ius qūolibet q̄ſitū. ꝛ hec rl'a cōcordat cū iure cōi: qꝛ
p̄nceps nō tollit ius q̄ſitū alicui p quācūqꝫ cōmiſſio
nem. l. i. §. ſi qd a p̄ncipe. ff. ne qd in lo. publi. ꝛ. l. nec
anus. C. de emācip. li. ꝛ. c. q̄zuis de reſcrip. li. vi. c. ſi
pp. e. ti. ꝛ. li. ego tn̄ ſolebā limitare hāc rl'aꝫ vbi v̄ba
ſūt dubia: lꝫ ſi v̄ba ſūt clara maxie in bn̄ficialibꝰ bene
tollit ius q̄ſitū. qꝛ hꝫ papa plenā ptāte in bn̄ficialibꝰ
c. ii. de p̄bē. li. vi. ꝛ cle. i. vt lit. pen. ꝛ ad hoc allegabaꝫ
glo. mihi in iure canonico ſingularē i. c. dilectꝰ in v̄bo
nec iuri de ꝯſue. ꝛ alias duas ꝯ iure ciuili. i. l. nec auꝰ
C. de emācip. li. ꝛ in. l. reſcripta. C. ſi ꝯ ius vel vtili. pu
bli. fateor tn̄ ꝙ ſi papa tollat ius q̄ſitū in bn̄ficio ali
cui de plenitudīe ptātis ꝙ teneꝛ ſibi ꝓuidere de alio
ſili bn̄ficio. vt ſingulariter no. Bal. ꝛ glo. in. c. i. §. ad
hec. in. viii. col. de pace iura. fir. ꝛ lꝫ ꝓhemiū iſtius rl'e
vr̄ innuere ꝙ habeat locum iſta regula qn̄ papa ipor
tunaꝛ pro aliq̄ cōmiſſiōe. Et ſic vr̄ ꝙ ſi faceret motu Motꝰ
proprio ꝙ valeret ēt ſi tolleret ius q̄ſitū p. l. i. C. de pe ꝓprius
ti. bono. ſubla. li. x. ꝛ p. l. iij. ff. qd quiſqꝫ iuri. i p̄n. tn̄ ſi nō tol
nō ſunt verba clara ꝯrium diceremꝰ: qꝛ motus proprius lit ius
nō tollit ius queſitū: tertio ex defectu intētionis p̄n alteri
cipis. ſufficiat glo. in cle. ſi romanus de p̄ben. ꝛ deci. q̄ſituꝫ:
rote. nūero. cviii. q̄ incipit. Itē dicebant dn̄i. ꝛ ſic cre
do ſententiare rotā ſeptē nūero. ꝛ probaꝛ defectus intē
tionis ꝛ de iure cōi: vt allegaui ſuperius. ꝛ de ſpāli. vt
in hac regula ad ꝓhemium generale dico ꝙ lꝫ faciat
cām finalē ꝓhemij. vt in. l. ſi. ff. de here. inſti. tn̄ cū cō
ſtat de mēte cōſtituētis ſecus eſt facit qd dicit Cinus
in. l. non dubium. in penul. q. C. de legibus.

¶ Sequitur. xvii. regula.

¶ Item φ prouiſiones aut cōceſſiones vel mandata de prouidendo de cathedraliū ecclesiarum canonicalibus ⁊ prebendis que ꝑ quibuſuis perſonis ſi. xiiii. ſue etatis annū nō cōpleuerint quomodolibet emanauerint: niſi eis qui illos in minori etate recipere poſſint per ſedem apoſtolicā ſpecialiter conceſſum fuerit ⁊ quecunqꝫ ip̄etratiōes d̄ canonicatibus ⁊ preben. in collegiatis eccleſijs ſi impetrātes minores. x. annis fuerint ⁊ de hoc in impetrationibus hmōi expreſſa mentio fiat nulllius ſint roboris vel momēti ⁊ habeantur prorſus pro infectis.

¶ In iſta regula dicitur φ prouiſiones aut conceſſiones ſiue mandata de prouid do de canonicatibus ⁊ prebē. in eccleſijs cathedralibus facte pro illis q non excedūt. xiiij. annos non valent: niſi ſedes apoſtolica ſpecialiter aliud concedat. Item φ īpetratio canonicatus in collegiata eccleſia facta ꝑ minori. x. ānis nō valet: niſi ſpecialiter fiat mētio ī īpetrationibus ⁊c. Iſta rl̄a venit ad declarationē varietatū doctoꝝ in. c. ſup inordinata de prebē. ⁊ in. c. ex rōne ⁊ in. c. indecorum. de eta. ⁊ qua. ⁊. c. ex eo. de elec. lib. vi. ⁊. c. nullus de tēpo. or. ⁊ in. c. ſi eo tpe. de reſcrip. li. eo. Nā de iure cōi cōiter tenebatur maxime per glo. i dictis locis φ maior ſeptēnio: ꝫ minor. xiiij. anno pt eē canonic⁹ in eccleſia cathedrali. vt hodie ꝓbat tex. ī dicto. c. ex eo. tm̄ papa ſtatuit hic ꝯ̄riū: ⁊ bn̄: qꝛ ex quo canonic⁹ dꝫ ꝯſulere in factis eccl'ie vt ꝑ totū ti. de his q̄ fiūt a ma. pte capi. ergo opꝫ φ ad min⁹ hēat aliquā diſcretionē. ⁊ quo ad ꝑmā partē hui⁹ regule pōderandū eſt v̄bū hic poſitū. ſ. nō cōpleuerint ⁊c. ex quo ſequit̄ φ nō ſufficit attingere. xiiij. annū niſi in totū ſit cōpletus vt hic ⁊ ad hoc venit deciſio rote. cccxiij. q̄ icipit. Itē φ ſuppoſita ordinatiōe gregorij. q̄ loquit̄ in terminis hui⁹ rl'e ſꝫ in caſu ſcdo hui⁹ rl'e ꝯ̄riū vr̄ ibi minores. x. ānis ⁊c. ſufficiat. l. i. ff. de mā. vin. de quo ꝑ doc. in diuerſis locis. ſufficiat gl. magr̄a. in. l. iij. §. minorē ff. de mino. ꝑ canoniſtas. in. c. cū in cūctis. de elec. ⁊ in ca. cū. xx. de offi. dele. ⁊ in cle. gn̄alēꝫ. de eta. ⁊ q̄. in hoc tn̄ de mero iure crederē φ tēpus ꝯceptiōis dꝫ ēt cōputari in fauorē iſti⁹ canonicādi. vt. l. q in vtero. ff. de ſta. ho. ⁊ bonus tex. in. l. qꝺ dicimus. ff. de verbo. ſigni. ⁊ facit glo. in. c. ij. q ſi. ſint le. ⁊ ibi dixi legendo hic: ſed lꝫ hoc ſit veꝝ de iurū tn̄ qꝛ ois itellectus eſt extraneus qui nō ſonat in aurib⁹ vulgi: vt eſt caſus no. in. c. ex l'ris lo. i. de ſpō. ⁊ ad hoc ꝓpoſitum allegat. c. illud. Bal. in. c. i. §. oppoſitiōi. de pa. ꝯſtā. in ſi. col. x. crederē φ rota nō īterpretaret̄ hāc regulā niſi a tēpore natiuitatis ex vtero: ⁊ hōc ēt poſſet fundari ꝑ tex. in. d. §. minorē. ibi an dies natalis ſui ⁊c. ⁊ ibi an horā in q̄ natus eſt ⁊c. Itē pōderādū mihi puto v̄bū h̄ poſitū ꝑ ſedē apoſtolicā ſpecialiter ꝯceſſum fuerit ⁊c. ex q̄ ſequit̄ φ ordinari⁹ nō pōt dare canonicatū in eccleſia cathedrali minori. xiiij. anno cū nō poſſit diſpēſare ꝯ̄ iſtā regulā: maxīe qꝛ papa reſuat ſibi. ar. c. nup. de ſen. excō. ⁊ ꝑ hoc v̄bū ēt dico φ nō ſufficiūt clauſule gn̄ales bullaꝝ. ſ. nō obſtātib⁹ qbuſcūqꝫ ꝯſtōnib⁹ ⁊ ordinationibus ēt regulis cācellarie ⁊c. qꝛ oportet φ fiat ſpālis ⁊ expreſſa mētio de hac diſpēſatiōe. ⁊ nō d̄r q̄ ad h̄ ſpālis mētio q̄ icludit̄ ſub gn̄ali mētiōe. vt dicit gl. i. c. ſi eps. de pbē. li. vi. quā no. ad hoc Dom.

ibi ⁊ alia eſt in.c.inq̄ſitores.de here.li.vi.⁊ doc.i.c.q̄z
p̄iculoſuʒ.de ſen.excō.li.vi.⁊ hoc dico ad ꝯcludēduʒ
diuerſa cōſilia q̄ fecit Oldr.ſ.ſi papa pupillo exiſtēti
corā ſe ꝯdit dignitatē an vr̄ ſecū diſpēſare ſup ꝺfectu
etatis ⁊ ſibi vr̄ ꝯtrꝰ.nā in ꝯſi.cccxxv.qꝺ īcipit thema
q̄onis ē tale:⁊ in ſequēti vr̄ dicere ꝙ nō ⁊ i alijs duo.
ſequē.tʒ ꝯtriū:q̄ ꝯſi.poſui.in ti.de reſcrip.⁊ de ꝓuiſ.ſʒ
ſtātibus v̄bis iſtius r̄le crederem ꝙ nō videret papa
diſpēſare.niſi exp̄ſſa fieret mētio ⁊c̄.ꝑ ſupradicta de
ordinario tā̄ arbitror ꝙ ſi papa mortuo ꝯferret p̄bē
dā canonicalē maiori ſeptēnio ꝙ valeret collatio de
iure.ſufficiat dictū.c.ex eo.de elec.lib.vj.⁊ glo.i dcō
c.ſi eo tp̄e de reſcrip.eo.li.Itē inquātū iſta r̄la loq̄t
de canonicatibus eccl̄ie cathedralis īfero ꝙ portio q̄
nō eſt canonicalis:ſed p̄bēda integra pōt bn̄ ꝯferri mi
nori.xiiij.⁊ maiori.vij.ꝑ p̄dicta ſufficiat.l.de p̄cio.ff.
ꝯ publi.⁊ i hoc eēt melioris ꝯditiōis portiōariꝰ q̄z ca
nonicus maxīe cū hēat tm̄ in redditibꝰ ſicut canoni
cus in aliq̄bus eccl̄ijs hyſpanie. ¶ Item pōderāduʒ
puto i hac p̄ma p̄te v̄bū aut ꝯceſſiones qꝺ nō erat i
r̄la.Pauli ſʒ Sixti ſi ex q̄ pōt īferri ꝙ ēt expectatiua
ꝓ miori.xiiij.annis q̄ ad canonicatū ⁊ p̄bē.eccl̄ie ca
thedralis nō valeat:q̄z oʒ attēdi tp̄s date:ſufficiat di
ctū.c.ſi eo tp̄e q̄cq̄d ſomniēt aliq̄ doc.i.c.ei cui.de p̄
bē.li.vi.Itē credo ꝙ ēt ſi ꝯceſſio vel ꝓuiſio de canoni
catibꝰ eccl̄ie cathedralis eēt facta motu ꝓprio nō va
leret ꝓ minori ꝑꝑ v̄ba hic poſita ⁊ ꝑꝑ defectū itētio
nis pape.Sʒ q̄ ad ſcḋm caſuʒ.ſ.i eccl̄ia collegiata ſic
q̄z loq̄t de ip̄etratiōibꝰ.ḡ ⁊c̄.l.i.C.de peti.bono.ſub.
li.x.⁊.l.iij.ff.ꝙ q̄ q̄z iur.in p̄n.faciāt iura que allegaui
in ſimili ſupra regula ꝓxima.neſcio tā̄ q̄ūo ſententia
ret rota.Itē credo ꝙ etiā ꝙ ſcḋa pars habeat locum
in expectatiuis:quia etiam expectatiua dicitur impe
tratio:ergo ⁊c̄.⁊ hec ſufficiant pro nunc.

Papa ſi cōferat dignitatē pupillo corā ſe an videatur diſpēſare. Singulare dicuʒ.

¶ Sequitur decimaoctaua regula.

¶ Item voluit ꝙ ſi quis in infirmitate cōſtitutꝰ reſignauerit aliquod beneficiuʒ ſiue ſimpliciter ſiue ex cauſa permutationis ⁊ poſtea infra viginti dies de ip̄a īfirmitate deceſſerit ac ipſum beneficium cōferatur ꝑ reſignationem ſic factā collatio hmōi nulla ſit ipſumq̄ꝫ beneficium per obitum vacare cenſeatur.

¶ In iſta regula dicitur ꝙ ſi vnus īfirmus reſignat beneficium ſuū ſimpliciter vel ex cauſa permutationis: ⁊ infra.xx.dies de ipſa infirmitate deceſſerit ꝙ cenſetur illud beneficium vacare per obitum ⁊ non per reſignationem:etiam ſi fuerat collatū per reſignationē. Iſta regula venit ad obuiandum malicijs hominum maxime curialium: qua ſi infirmus credebat ſe euadere non poſſe:reſignabat beneficiuʒ in fauorē alicuius: ⁊ ſic quodāmodo videbatur defraudare expectantes apoſtolicos vel ordinarium : ⁊ ꝙ poſſet quodāmodo facere teſtamentū de beneficijs ſuis. Et ideo p̄nceps qui poteſt facere fictioneʒ pro veritate vt plene proſequitur Bal.in.l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.fingit iſtud beneficium vacare per mortem ⁊ nō reſignationem vt hic. nam licet vere vacet per reſignationeʒ etiam ex cauſa permutationis facta. vt in capitulo de rerum permu.lib.vj.tamē propter fraudē cenſetur vacare per mortem ⁊ collatio facta per reſignationeʒ nō valet vt hic: ſed per mortem valeret : ⁊ iſta regula venit cōtra.c. ſuſceptum de reſcrip.lib.vj. vbi dicitur in ſecundo reſponſo:ꝙ ſi vnus impetrat beneficium per verum modum vacandi ⁊ alius non:etiaʒ ſi ſit p̄mus: tamē ſecūdus debet habere. Sed hic dicitur contra

rium ꝑpter fictionem principis que habet̃ ꝓ verita-
te: vt in.d.l.ſi is qui pro emptore: ⁊ ca. is qui. de ſpon
ſalibus. Si tamē ille qui interpretauit ſm veritatē.i.ꝑ
Nota. reſignationē exprimeret vel alio quouiſmodo vacaue
rit: tūc videbat̃ ꝙ etiā ſi vacet per obitū cenſeret̃ bñ i
petratū beneficiū nō obſtante hac regula: ⁊ hoc ꝑ gl.
in v̄bo expſſe in.d.c.ſuſceptū.in.i.rñſo.hoc tñ ego cre
derē verū ſi nō appareret de alio impetrāte per mortē
ſm iſtā r̄la: ⁊ hoc pbo ꝑ ea que dicit Lapus ad limi-
tationē dicti.c.ſuſceptū ī allegatiōe.lxxxix. quā refert
Domi.in.d.c.⁊ ſic itelligo deciſionē rote dicētē: ꝙ ſi
beneficiū impetrat̃ expſſo vno mō vacādi cū clauſu-
la quouis alio mō vacet: ꝙ ēt ſi nō vacet ꝑmo mō ex
preſſo ſed alio mō: nihilominus venit ꝑ illā clauſulaꝫ
quouis alio mō: dūmō per eādē pſonā vacet. vt dicit
deci.xxvij.que incipit. Iteꝫ ſi mandet̃ alicui prouide
ri: qꝛ hoc eſt verū. niſi alius impetrauerit ꝑ verū mo-
dū vacādi per p̄dicta. ¶ Et hoc itelligo verū quādo
iſte modus impetrādi.ſ.vel alio quouis mō ⁊c. ponit̃
in bñficio vacaturo ſꝫ primū rñſum dicti.c.ſuſceptū.
ſecus de iam vacanti. Pono exemplū de primo etiaꝫ
Exem-plū. in terminis huius regule ſi bñficiū vacauit ꝑ reſigna
tionē infirmi: ⁊ tu impetras ꝑ reſignationē fiendā vl'
alio quouiſmō vacauerit q̄ clauſula raro ſolet dari ſꝫ
dictā deci. ⁊ ille morit̃ infra.xx. dies ⁊ tūc impetro ꝑ
mortē. dico ꝙ ego debeo p̄ferri tibi qꝛ ipetraui ꝑ verū
modū vacādi etiā ſi tu habeas quouis alio mō vaca
bat ꝑ dictū Lap.⁊ domi.in.d.c.ſuſceptū. ⁊ hoc iō qꝛ
Aliud exēplū erat bñficiū vacaturū ⁊ papa nō' intēdebat dare tibi
ↄtra regulā iſtā cui ſolet expreſſe derogare. Sed in be
neficio iam vacante ſecus eſt. Nam ſi tu impetras ꝑ
mortē Ticij beneficiuꝫ cū clauſula quouis alio mō ⁊
ego impetro ꝑ eius ꝓmotionē ad cathedralē. Iſte eſt
uerus modus uacādi. certe ī hoc caſu uideret̃ ꝙ tu h̄

beas p̄ferri mihi ⁊ hoc iō qꝛ qñ genus uenit uerifican
duꝫ in vna re tñ tūc dicit̃ ſpālis gr̄a ⁊ nō gñalis ⁊ pre
ſpeciali ⁊ iſte eſt caſus ſingularis cū gl. ſi.in.c. ex pre-
lo.i.de offi.dele.⁊ ibi no.Abb.⁊ Allegat Bar.in.l.q̄ſi
tū.ff.de fun.inſtru. ⁊ hoc itelligo verū per marie quā
dō nō poterit verificari ꝑma gr̄a in ſecūdo uacaturo
alias ſecus ⁊ hoc ꝑ.c.dudū.cū glo.⁊ ibi dicit Dñi.de
p̄bē.li.vi. ex quo limitabam aliam deciſioneꝫ rote di-
cent eē ꝙ.c.ſuſceptū. non hꝫ locuꝫ in acceptatione qꝛ
eſt declaratio voluntatis ⁊c. vt dicit dici.ccxviij.q̄ i-
cipit. Item licet impetrans.qꝛ hoc habet ver niſi ap
paret alius nouus prouiſus per verum modum vocā
di ꝑ dictū.c.⁊ ad hoc facit dec.cccxxxvi.q̄ icipit. Itē
ſi mandet̃ mihi ꝓuideri.⁊ qꝛ gr̄a iſtius acceptātis po
terat verificari in ſcđo uacāti.ideo genus ſuum nō p̄-
fert̃ ſpeciei. vt dixi ꝑ dictū.c.dudū. Et iſte caſus quo
tidie fuit in rota practicat'. ⁊ hoc ego allegaui ꝓ vno:
ſcꝫ ꝙ etiā ſi prim' ipetrauit nō v̄e cū clauſula quouis
alio mō ⁊ in ſcđo mō per verū modū vacādi ꝙ p̄fert̃
primus in vacāti ſecus in uacaturo niſi poſſet ſibi ipu
tari ſuſceptio vel malitia. pp has cauillatiōes ſolet ho
die poni in ſupplicatiōe clauſula ſiue quouis alio mō
vacet ꝑ eādē pſonā vel alias ⁊c. neſcio tñ q̄d practica
uerit rota. ¶ Itē inherēdo v̄bis hui' r̄le fui iterrogat'
in curia q̄d ſi vn' fuit pcuſſus.ſꝫ nō erat ſpes mortis ⁊ Nō.
reſignauit bñficiū tādē mortu' ē ifra.xx. dies: ſꝫ nō ex
illa infirmitate.ſed qꝛ forte fecit rē cū pulchra muliere
itaqꝫ medici dicūt ꝙ nō ex pcuſſiōe. ſed ex alia ifirmi
tate mortu' fuit an habeat locū iſta r̄la: ⁊ prima facie
ego dicebā ꝙ nō pp v̄ba r̄le ibi de ipſa īfirmitate ⁊ al-
legabā gl.⁊ doc.i.l.i.C. de emē. ſeruo.⁊ in.c.ii. de cle
rico pcu. qꝛ ipe nō deceſſit ifra triduuꝫ nec ifra breue
tps.ergo ⁊c.⁊ i h̄ dicebā ꝙ eēt ſtāduꝫ iudicio medico
rū.ar.l.ſeptio mēſe.ff.de ſta.ho.⁊.c.ꝓpoſuiſti. de pba

ſo. ⁊ qđ ibi dicūt doc. ⁊ i. c. ſrnitatis. ď frigis. tñ neſcio
tan fuerit decaſum. Itē ſciēdū ꝙ ſi hodie ī curia vn⁹ eſt
infirm⁹ ⁊ vult renūciare bñficiū ⁊ petit derogari huic
rl'e ⁊ vbi ſūt fauores papa ďrogat ſin aūt minime. imo
daṫ illud bñficiū vacaturū ꝑ mortē illius futurā. ⁊ tūc
eēt dubiū an iſte q ſupauit ꝑ reſignationē debeat obti
nere ſi īfirm⁹ ſupuixerit ꝑ. xx. dies. an ille qui ipetrauit
ꝑ obitū futurū ī cui⁹ fauorē papa reſuauerat illud bñ
ficiū. ⁊ certe ego dixi ꝙ ille ꝑmus. q2 ille erat ver⁹ mo-
dus vacādi: ⁊ vacauerat tñ ſcđa reſuatio erat ampla.
⁊ cū cl'a quouis alio mō ⁊c̄. ⁊ papa reuocauerat oēs ꝓ
uiſiões q̄s fecerat de illo bñficio: ⁊ refero me ad bullā
Uiginti dies qualr̄ intelligatur ⁊ q̄liter currant. ⁊ ad ṽitatē. Itē q2 hic dı̄ ſi īfra viginti dies moriaṫ ⁊c̄.
dꝫ ītelligi de die naturali. ſ. xxiiii. horarū. ar. l. more ro-
mano. cū glo. ff. de ferijs. licet dies dicaṫ q̄dam ſolaris
q̄dam lunaris ⁊ q̄dam nāl'is. ut ibi notaṫ ⁊ multiplici-
ter capiaṫ dies. vt notat gl. in. c. ii. de feri. tñ in hoc ca-
ſu crederē ꝙ cōputatur de momēto ad momētū. faciat
gl. in cle. ſicut de ap. ⁊ deci. rote deciſione. ccvii. que ī-
cipit. Item ꝙ terminus octo dieꝝ ⁊ credo ꝙ ſic ītelli
gat rota: ⁊ non de dieb⁹ artificialib⁹. Et iſta dictio in
fra hic poſita īcludit vtrāqꝫ diē de momēto ad momē-
tū. faciat glo. in cle. quāuis de ap. in verbo infra dictū
⁊ qđ dicit Jo. an. in. c. ꝑterea. de ap. Licet in rei ṽitate
nō eſſet abſonus ītellect⁹ ꝙ ītelligereṫ de die artificia
li. q2 iſta rl'a ē odioſa ſꝫ credo ꝯriuꝫ practicari in curia.

¶ Sequitur. xix. regula.

¶ Item noluit ꝙ ſi contingat ipſuꝫ alicui ꝑ
ſone de parrochiali eccleſia ꝓuidere ſeu mā-
dare prouideri vel gratiam expectatiuam cō
cedere niſi dicta perſona intelligat ⁊ intelligi
biliter loquatur ideoma loci vbi eccleſia hu-
iuſmodi conſiſtit prouiſio ſeu mādatū ⁊ gra
tia deſuper quo ad parrochialeꝫ eccleſiā nul
lius ſit roboris vel momenti.

¶ In iſta rl'a dı̄ ꝙ ſi papa cōcedit alicui grāꝫ expecta-
tiuaꝫ vel ꝓuidet ſibi de parrochiali eccleſia. ⁊ ipſe nō
ītelligat ideoma loci vbi eccleſia parrochialis exiſtat.
ꝙ ꝓuiſio ⁊ gratia expectatiua ſit nulla quo ad parro
chialē. Iſta rl'a facit cōtra vulgares dicētes: ꝙ vnum-
quodqꝫ regnū hꝫ hāc ꝓrogatiuā ꝙ nullus pōt ibi hēre
grām expectatiuā nec bñficiū ſine legitimatiōe regis
q2 hoc ē vna truffa. nā ſi ſciat loq̄ ideoma intelligibilr̄
⁊ intelligat ſatis ē. Ex quo inferṫ ꝙ in regno hyſpanie
ſiue caſtelle pñt hēre ſine licētia regis bñficia: ⁊ aragō-
nēſes: ⁊ cathalani: ⁊ portugalēſes: ⁊ ēt ianuenſes ſi ītel
ligant ideoma ⁊ ſciāt loqui etiā poſſunt habere parro
chiales q2 de aliis nō eſt dubium ꝑ hanc regulā. papa
tamen Sixtus dedit vnaꝫ bullam motu proprio regi
hyſpanie ꝙ in regno ſuo nullus forenſis poſſet tenere
beneficiū ſine eius conſenſu ⁊ caſſat expectatiuas ⁊ ī-
petratiōes ⁊c̄. ⁊ nūc eſt preſentata in vna cauſa cano
nicatus toletani in tertia inſtātia. Sed forte illa bulla
non nocet dño ep̄o Uintomilienſi actori datario mo-
derno. tum q2 illa bulla nō fuit deducta in vſum: imo
fuit in abuſuꝫ. ⁊ ſic fuit ꝑdita ꝑ no. in. i. c. ſuggeſtū. de
deci. ⁊ in. c. cū acceſſiſſent de cōſti. tum etiā q2 illa ec
cleſia toletana ⁊ ciuitas nō eſt de regno caſtelle ꝓprie
ſumpto vocabulo. vñ rex vocatur caſtelle ⁊ legionis ⁊
toleti. nam eſt regnū de per ſe. ergo ſeparatorū ſepara
ta debet eſſe ratio ⁊c̄. faciat ad hoc. l. ſi eadem. ff. de aſ Nota.
ſeſſo. Itē q2 qñ aliqđ priuilegiū datur abſenti ſi nō ap
paret ꝙ habeat gratū nō vꝫ priuilegiū ar. ca. ſi tibi ab
ſenti. de preben. lib. vj. ⁊. c. i. de cōceſſione prebē. e. li.
ſed de hoc nō apparet. ergo ⁊c̄. ⁊ q2 pēdet nunc cauſa

op; tacere: ſ; qđ dixi credo verius. itē pōderandū arbi=
troꝛ verbū per ipm ⁊c. ¶ Ex quo ſequit̄ ꝙ ſi oꝛdinari=
us ꝓuideret alicui de parrochiali eccleſia q̄ nō intel=
ligit ideoma ⁊c. ꝙ bñ valeret ꝓuiſio: q2 iſta regula eſt
penalis ex quo annullat. vt dicit glo. i. c. decet. de im
mu. eccle. lib. vj. ergo non d; extendi ſed reſtringi. re=
gula in penis. ⁊ rl̄a. odio. de reg. iu. lib. vj. ⁊ idē de pꝛo
uiſione facta per legatū per rōnem ſupꝛadictā ⁊ rō di
uerſitatis eſt: q2 oꝛdinarius melius cognoſcit ꝑſonas
q̄bus pꝛouidet de dioce. ſua q̄; papa. vt dicit gl. i cle.
ij. de offi. oꝛ. ergo ⁊c. ⁊ per hoc forte dici poſſet: ꝙ iſta
regula non hr̄et locum qñ papa pꝛouideret de parro=
chiali eccleſia ꝯtra hāc regulā ex certa ſciētia vel mo
tu ꝓpꝛio: q2 tūc ceſſaret dicta ratio. Sed verbū cōce=
dere ⁊ verbum ꝓuidere hic poſitū videt̄ facere in op=
poſitū: tñ pꝛo ꝑcedēti dicto faceret. l. i. C. de peti. bo=
noꝝ ſublatis. l. x. neſcio tamē quid ſeruaret̄ in palatio.
¶ Item nunc pendet vna queſtio in rota ⁊ cito ſentē
tiabit̄ deo dante de qua ſum interrogatus. Papa de=
dit expectatiuā cuidam alemano: etia; quo ad parro
chiale; in francia vel alibi ⁊ derogat huic regule: ſed
nō regule penultime de expectatiuis q̄ quo ad expe=
ctatiuas ide; dicit ꝙ iſta an videat̄ derogare vtriq; ⁊
ego dixi ꝙ ſic ſed q2 pēdet nūc in rota nō decido. cre=
do tamē ꝙ nō vallet illa derogatio: quia ſublata vna
ſeruitute vbi ſūt due remāet alia ſufficiat. c. ex tuaꝝ đ
ſuc. ⁊ vſu pa. ⁊ ſic fuit pꝛidie ſñiatū in rota ꝑut arbi.

¶ Sequitur. xx. regula.

**¶ Item ſi quis ſupplicauerit ſibi beneficio
quocunq; tanq̄; per obitum alicuius l; tūc
viuentis vacāte pꝛouideri. ⁊ poſtea per obi
tum eius vacet pꝛouiſio dicto ſupplicanti ꝑ
obitu; huiuſmodi de nouo faciēda nullius ſit
roboꝛis vel momenti.**

¶ In iſta rl̄a dr̄ ꝙ ſi q̄s impetrauerit beneficiū ꝑ obi=
tū alicu:us q̄ tunc viuit. ꝙ licet poſtea ipſe moꝛiat̄ nō
pōt ſibi ꝓuideri de eodē ⁊ gr̄a eſt nulla. Iſta rl̄a poteſt
duob9 modis itelligi. Pꝛio ꝙ vn9 ipetrauit bñficiū vi
uentis hoc expꝛſſo ꝙ viuebat ⁊ mādabat̄ ꝯferri qñ va
caſſet ⁊c. hoc colligit̄ ibi: l; tūc viuentis ⁊c. ⁊ iſte itel=
lectus nō credo ꝙ poſſit pꝛacticari: q2 tūc pn̄ceps q̄ſi
ex certa ſcia videret̄ tollere hāc ꝯſtitutionē. ar. l. q̄da;
ꝯſulebāt. ff. de re. iu. Scđo mō pōt itelligi ꝙ vnus im
petrauit bñficiū tanq̄; vacās ꝑ obitū vni9 ⁊ ille viue
bat ⁊ poſtea moꝛtuus eſt: ⁊ iterū impetrauit per obitū
ipſius ꝙ ꝓuiſio ſua ⁊ gr̄a nihil valet: ⁊ rō pōt eē ne det̄
mā captādi. i. cupiēdi moꝛtē alteri9. c. i. ⁊. ij. đ cō. pbē.
⁊. c. ij. ⁊. iiij. e. t. li. vj. ⁊ in rl̄a pauli ponebat̄ etiā ꝙ in=
habilitaret̄ iſte talis: ſ; q2 erat dubiū ꝑ quē deberet in
habilitari: ⁊ ēt hoc ē de iure ſaltē q̄ ad illud bñficiū vt
in dictis iuribus ꝓbatū fuit hic omiſſu; ⁊ etiā in regu
lis ſixti. Itē pōderādū puto verbu; ſupplicauerit hic
poſitū. ¶ Ex quo ſequit̄ ꝙ ſi ꝓuiſio eēt facta motu ꝓ
pꝛio nō eēt nulla nec hr̄et locū iſta ꝯſtitutio. arg. l. iij. i
pꝛmo rñſo. ff. ꝙ q̄ſq; iuris. ⁊ ꝑ hāc regulā vidi dubitari
in curia. Si vnus curialis credēs beneficiū alicui9 fo
re reſeruatū miſit curſoꝛē ad curiā ad impetrādū illđ
bñficiū viuentis: ⁊ cū tp̄e ꝓuiſionis papalis nō fuiſſet
moꝛtuus: ſ; poſtea in mēſe ap̄lico moꝛtuus fuit: ⁊ ēt ac=
cepit illud vigoꝛe gr̄e expectatiue ⁊ fecit ſibi ꝓuideri
ꝑ ſubexecutoꝛe; ſuū ꝙ illa ꝓuiſio nihil valeat: q2 ex q̄
iſta rl̄a nō diſtīguit. de qua pꝛouiſione debeat itelligi
nec nos diſtinguere debemus. l. iij. ff. de offi. pñ. in fi.
ergo ⁊c. Itē iſta rl̄a facit ad tollēdū malicias curialiū.
q2 cū ſciunt aliquē eſſe antiquū in partibus fingūt ip

ſtum mortuū ꝛ ipetrāt: ꝛ ſic in qlibet mēſe ipetrant ſi ē
reſuatū aliqđ bñficiū ei⁹ quouſqꝫ moriat: ꝛ tūc vltia
impetratio ꝛ prouiſio etiā ſi vere vacet non valet per
hāc rlaꝫ. ¶ Itē hāc rlaꝫ vidi practicari in ptibus hoc
Nota. mō. Eps ſalamātin⁹: ꝛ archidiacon⁹ ēt ſalamātin⁹ cō
tēdūt de ꝑuētione collatiōis bñficioꝝ ꝛ vn⁹ erat infir
m⁹ in articulo mortis: ꝛ eps cōferebat vna hora corā
ſuo notario ꝛ teſtib⁹ vni: ꝛ ſic ēt archidiacon⁹ demuꝫ
totiēs ꝓuidit vni ꝙ ꝑuenit archidiacon⁹ epꝫ: erat du
biū: nūqd illi cui fuit collatū totiēs bñficiū viuētis
eēt ihabilis ad illđ bñficiū: ꝛ videbat ꝙ ſic ꝑ hāc rlaꝫ:
ſꝫ certe poſſꝫ dici ꝯriū: qꝛ qcqd ſcribat notari⁹ i ſuo in
ſtro. ſ. ꝙ ad ſupplicationē illi⁹ fuit ſibi fcā collatio ꝛc.
tñ qꝛ i h̄ caſu ceſſat ābitio illi⁹ cui ꝯfert: ſeqꝛ ꝙ ceſſat
tūc iſta ꝯſtitutio per iura vulgaria ꝛ ſi dicat ꝙ ſufficit
ita ſcriptū eē ꝑ. l. ꝓſperit. ff. q ꝛ a qb⁹ ma. li. cōſe. dico
ꝙ illa lex caret ſpū. vt dic̄ Bal. i. l. ſi qs ſeruo. C. de fur
tis. iō ceſſante rōne nāli ꝯſiderata ex lege ceſſat ipa lex
ſi ceſſet rō. l. cū rō. ff. de bo. dā. marie: qꝛ vr ordinarius
hoc feciſſe ꝑ cōſeruatōe iuris ſui. ꝛ nō reꝑio ſaltē quo
ad effectū hui⁹ rle ꝛ ſiliū ꝙ ordinari⁹ nō poſſet ꝯferre
motu ꝓprio ēt h̄ exꝑſſo. vt dixi ſupra. in. xv. rla. iō eēt
No̅. ꝯſiliū ꝙ ordiari⁹ ēt exꝑmeret qđ facit motu ꝓꝓo ſuo.
¶ Itē ꝑ ſupradicta ꝯcidit vna qō de q̄ ꝑdie fui iterro
gatus ſub diſciplina. D. T. R. Papa ſixtus ſuo motu
ꝓꝓo ꝯtulit vnū bñficiū titio qđ credebat vacare ꝛ nō
vacabat. ꝯmū illđ bñficiū ꝯtulit alteri ipetrāti tpe ꝯ
bito. ꝛ forte credebat Papa nō vacare: qꝛ ꝑmo illud
ꝯtulerat titio tādē h̄ cōperto declauit papa iſꝑ ſue itē
tōis fuiſſe ꝛ eē ꝙ ille titi⁹ hēet ꝛ mādauit caſſari ſuppli
cationē alteri⁹ ꝛc. Certe ego rñdi ꝙ ille ſcđus dꝫ obti
nē ꝛ nō ꝑm⁹ ꝑ hāc rlaꝫ ꝛ declatio pape nō extēdit ad
hūc caſuꝫ. allegaui in ſili glo. ꝛ Domi. i. c. vnico de po
ſtu. ꝑla. li. vj. ꝛ i. c. i. de cle. nō reſi. e. li. ꝛ ad ꝑdcā facit
optime qđ dicit Bal. in rubri. qui ſucceſſores teneant
col. x. in antepenultima ꝛ penultima qōnibus ſi recte
intelligatur: ſi tamē papa velit ex plenitudie poteſta
tis illi ſcđo auferre beneficiū poteſt. ar. cle. i. vt lite pē.
ꝛ. c. ij. de preben. lib. vi. ꝛ faciat gl. in. c. per principa
leꝫ. ix. q. iij. tñ lꝫ papa declarauerit pro primo ex certa
ſcia nō credo ꝙ videatur facere ex plenitudine ptātis
licet glo. ſingularis in. c. ad hoc. de reſcrip. videat fa
cere ꝯ: ſed ꝑmū tene ꝑ ea que dicit Bal. i ꝑludijs feu
dorū: ꝛ nō curo allegare iura vulgaria. ſ. ꝙ papa non
vult tollere ius queſitum ꝛc. nec deciſionē rote ꝛ glo.
cle. ſi romanus. de ꝑbē. ꝙ mot⁹ ꝓprius nō tollit defe
ctū itētiōis ꝛc. qꝛ neſcio hoc dicere de itentione ſixti.

¶ Sequitur. xxi. regula.

¶ Item voluit ꝙ petētes beneficiā eccleſie
alijs teneantur exprimere verum valorē ſe.
cō. ex tam beneficij vniēdi ꝙ illius cui vniri
petitur alioquin vnio nō valeat. Et ſemꝑ in
vniōibus cōceſſio fiat ad ptes vocatis quo
rum intereſt ꝛ idem voluit obſeruari in cōfir
ma. vnionum fictarum.

¶ In iſta rla dꝛ ꝙ ſi vnus petit vnū bñficiū alteri vni
ri ꝙ teneat exprimere verū valorē tam bñficij vniendi
ꝙ bñficij cui vnit alias nō valet vnio. ꝛ ꝙ in vniōib⁹
ſemꝑ cōmiſſio fiat ad ꝑtes vocatis quoꝝ itereſt ꝛ idē
dicit obſeruādū in ꝯfirmatiōibus vnionū factaꝝ ꝛc.
ſic iſta regula dicit tria: vt videt. D. T. R. ꝛ ratio du
bitādi circa primū dictū videt eſſe qꝛ de bñficio obtē
to nō teneat ipetrās facē mētionē ſaltē quo ad valorē:
qꝛ hoc nō repit iure cautū. vt dicit glo. nota. i cle. i. ꝯ
prebē. i v̄bo vel alteri an̄ mediū; ꝛ hoc ēt dicit cōpila

toꝛ deciſionū cōcluſiue.ccxxxvij.que īcipit. Itē ꝫ im
petrans. Sed rō deciſionis fuit: qꝛ ex quo petit̄ vniri
vnuꝫ beneficiū: alteri dꝫ fieri cū cauſa.ſ. ꝙ illud obtē
tum ſit modici valoꝛis: ſed ſi ſit cōpetēs beneficiū nō
debet ſibi fieri vnio alteriꝰ: quia vniones ſunt odioſe
de iure. vt dixi ſupꝛa in regula de reuocatiōe vnionū
ideo debet fieri expꝛeſſio vtriuſqꝫ ad hoc vt moueat̄
papa: ⁊ foꝛte ita de facili non conceſſiſſet ⁊c. ſufficiat.
c. poſtulaſti. de reſcriptis: ⁊ quod ibi not. Siculus ⁊
Jo. de Jmo. Ex quo ſequit̄ ꝙ de vtroqꝫ dꝫ ſolui me-
dia annata ſi valoꝛ excedat.xxiiij. libꝛas ſꝫ oꝛdinatio
nem camere. Et quia vnio fit tribus modis. vt dicūt
glo. in. c. i. ne ſede va. ⁊ in. c. ⁊ tempoꝛis qualitas. xvj.
q. i. ⁊ vult etiam glo. in cle. per litteras. de pꝛebē. tñ qꝛ
iſta regula eſt penalis: quia annullat. ut ait gl. in. c. de
cet. de inu. eccl̄. lib. vj. ſequit̄ ꝙ nō dēat hr̄e locū niſi
qñ vnū bñficiū petit̄ vniri alteri. vt hic dr̄ ⁊ nō ī alijs
vnionibus. neſcio tñ an rota recipiat hoc: qꝛ in vtraqꝫ
vnione eſt eadem ratio. ergo ⁊c. l. illud. ff. ad. l. acquil.
¶ Itē ſcḋo dicit rl̄a ꝙ in vnionibꝰ fiat commiſſio ad
partes vocatis quoꝝ intereſt. Et ratio dubitādi fuit:
qꝛ cle. ij. de rebꝰ eccleſie ꝑmo rñſo. vult ꝙ ſi vnio fiat
per epiſcopū ⁊ capitulū valꝫ: ēt nō vocato rectoꝛe ec
cleſie que vnit̄: nā qñ aliqd pōt fieri aliquo iuito ⁊ tūc
poteſt fieri eo ignoꝛāte. vt dicit Bal. i. l. fi. C. q admi.
ad bonoꝝ poſ. ⁊ in. l. fi. C. de iure de. ⁊ eſt tex. in. l. qui
pōt. ff. de regu. iu. quē nō allegat Bal. ergo ⁊c. Sꝫ ni-
hilominus eſt bñ ſtatutū ꝙ vocent̄ quoꝝ īntereſt in h̄ ca
ſu. ⁊ ad hoc facit deci. ro. q. ccxxvi. q̄ incipit. Itē ꝙ in
dimēbꝛatione ⁊. cccxlv. que īcipit. Itē ſi abba. maioꝛ.
¶ Itē tertio dr̄ hic ꝙ idē fiat in cōfirmationibꝰ vnio
num factarum: ⁊ anteqꝫ declarē quid intēdit iſta ter-
tia pars: dico dubiū meū foꝛe iſta cauda referat̄ tā ad
ꝑmū qꝫ ad ſcḋm rñſuꝫ. vel tñ: quo ad ſecundū. Et ui-
detur ꝙ quo ad ſecūdum tm̄. qꝛ relatio debet fieri ad
pꝛima ⁊ nō ad ſuperioꝛa. l. ſi idem cum eodeꝫ in fi. de
iuriſ. om. iud. ⁊ gl. allegat illā. l. ad hoc ꝓpoſitū. i. l. iii.
§. Itē aduerſus ꝓcuratoꝛē. ff. de nego. geſt. ergo ſeqtur
ꝙ cū hic dicat̄ ꝙ idē voluit obſeruari ⁊c. ꝙ iſtud rela
tiuū idē poſitū in ſingulari referat̄ tm̄ ad vocationeꝫ
eoꝝ quoꝝ intereſt ⁊c. ⁊ nō ad expꝛſſionē valoꝛum ⁊c. ⁊
mitto hic īſerere ad lōgū qñ clauſula poſita in fine dꝫ
referri ad totā diſpoſitionem. vel ne qꝛ eſſem lōgus in
ſermone. ⁊ qꝛ mā eſt ſubtilis ſꝫ omiſſo intellectu iſtius
regule quā credo foꝛe ꝙ extendat̄ ad vtrūqꝫ iſta clau-
ſula: tñ de mero iure crederē ꝙ etiā in ꝯfirmationibꝰ
vnionū dꝫ expꝛimi verꝰ valoꝛ vtriuſqꝫ beneficij alias
non valet ſtante pꝛimo reſponſo huius rl̄e etiaꝫ ſi iſta
clauſula non referat̄ ad illud ⁊ hoc ꝓbo. naꝫ in oībus
impetrationibus ex qbus ius antiquū augmentat̄: vl̄
per quas ꝯſeruat̄ debet fieri mentio beneficioꝝ: ⁊ de
bet fieri etiaꝫ in confirmatiōibus vt dicit glo. notabi-
lis in v̄bo ꝓferri: quā ibi notat Dñicꝰ in. c. ſi apoſtoli-
ce. de ꝓbē. li. vi. Sed per iſtā cōfirmationē ſupplet̄ de
fectus ſolēnitatis ſi in vniōe facta fuit omiſſus. ſ. quo
ad vocationē partis ⁊ quo ad alia ſubſtātialia quo ad
poteſtatē viuētis ⁊c. vt vult deci. ccxxvii. que incipit.
Iteꝫ ꝙ papa ꝯfirmādo ⁊c. licet loquat̄ in dimembꝛa
tiōe: ⁊ qꝛ foꝛte fuit facta ex falſa cā vnio ꝑdicta iō cē-
ſet̄ nulla. vt vult Oldra. ꝯſi. lx. cū duobus ſequen: qd̄
incipit qd̄ per vnioneꝫ factā ꝑ epm̄ ⁊ ꝑ cōfirmationē
pape fit validū illud quod aliter erat inualidū. c. i. de
tranſac. Itē qꝛ poſt cōfirmationē pape nullus inferioꝛ
poteſt illud reuocare: c. ii. de confirma. vti. vt dicit gl.
iſta duo in. c. ſi. xi. di. ī verbo auctoꝛitate. ergo ſeqt̄ ꝙ
ēt de mero iure debet fieri mētio valoꝝ in cōfirmatio-
nibꝰ vnionū ſicut in vniōe ei ꝓbaui iure cuncta iſta re
gula in pꝛimo rñſo etiā poſito ꝙ iſta clauſula non refe

ratur ad primū rn̄ſum ⁊ ꝑ ⁊ ꝯtra ꝙ referat vel ne faciat vltra iura vulgaria.c.eccleſia vr̄a ꝺ elec. ⁊ qꝺ ibi no. Abbas.credo tn̄ ꝙ ſi clauſula vocatis quoꝝ intereſt non ponat in bulla.⁊ fiat vnio ꝙ valet.ar.cle.ii.de rebus eccle.⁊ ꝙ annullatio ꝓcedentis rn̄ſi nō extendat ad ſcꝺam cū ſit penalis vt dixi:⁊ iſta verba referunt ad abbreuiatores.ſed ſi ipſi nō ponāt nō viciat bulla per iura vulgaria.maxime qꝛ tales bulle trāſeunt ꝑ camerā apoſtolicā.Item dico ꝙ ſi fieret vnio motu ꝓprio ⁊ nō fieret expreſſio valoris ꝙ valeret vnio.ar.c. ſi motu ꝓprio.de ꝓbē.li.vj.iūcta hac rl̄a ibi ꝙ petētes ⁊c̄ faciat.l.i.C.de peti.bono.ſub.l.x.⁊ hoc pro nunc. Nota.

¶ Sequitur.xxii.regula

¶ Item de mendicantibus que ad alios ordines tranſierint pro tempore voluit cōſtitutionem Fe.Re.Mar.pape.v.predeceſſoris ſui deſuper factam etiam in libro cancellarie ſcriptam firmiter obſeruari.

¶ In iſta rl̄a dr̄ ꝙ in mēdicantibus tranſeuntibus ad alios ordines ſeruetur conſtitutio Martini ſcripta in cācellaria:⁊ vult dicere iſta regl̄a ꝙ quādo papa dat licentiā tranſeundi ad minorē ordinem alicui mendicanti ꝙ nō expediatur bulla in cācellaria niſi ſeruata forma dicte cōſtitutionis que dicit ꝙ quicūqꝫ religioſus tranſierit ad aliū ordinē minorem vel equalē ſua ꝓpria auctoritate ꝙ ſic apoſtota ſit ipſo facto excōicat⁹ ⁊ ſolet poni iſta clauſula. Dū tn̄ tua ꝓpria auctoritate habitū nō dimiſeris:⁊ ad aliū minorē ordinē vel eq̄lem tua ꝓpria auctoritate hucuſqꝫ nō trāſieris ⁊c̄.⁊ ſi papa dat licentiā trāſeundi derogat illi cōſtitutiōi expreſſe nō obſtāte felicis recordatiōis Martini pape ꝑdeceſſoris nr̄i ꝯſtitutione ⁊c̄.⁊ ſi practicat cācellaria.

¶ Et ſciendū eſt ꝙ qn̄ vnus eſt mature etatis ⁊ vult trāſire ſine cā ad minorem ordinē tūc nō pōt hoc facere abſqꝫ licentia pape.ut dicit glo.Dn̄icus in.c.ſingula.§.prohibemus.de prebē.li.vi.ibi. Domi. qn̄ poteſt quis trāſire ad aliā religionē ſtrictiorē vel equalem aut minorem cū licētia ⁊ ſine licētia ſuꝑioris ⁊ ꝑ glo.⁊ doc. in.c.licet de reglarib⁹:que nō inſero hic: qꝛ nō multū faciūt ad ꝓpoſitū.Unū tamen ſcio ꝙ per camerā apoſtolicā expediunt multe bulle: vt nō ſeruet illa ordinatio Martini maxie tpe Sixti pōtificis q fuit frater⁹: ⁊ ſciebat bn̄ labores fratrū:nō de facili ſecum diſpēſabat etiā de ordine ſci Hieronymi ⁊ de ſctō frāciſco ꝙ ſint fratres ſancti Joānis hieroſolymitani vel ſancti ſpiritus cū crucibus aī pectus ita ꝙ videnť clerici vel ruffiani poti⁹.pur tn̄ ſolū deū hn̄t vltorē.ar.l.i.C.de reb⁹ cre.ego tn̄ in iſtis dependētib⁹ a ꝯſcientia maxie ex voto nō eſſem ſecur⁹ cū diſpēſatiōe papali iuxta glo.ſing. Nota. in.c.nō eſt de voto ⁊ papa ē excuſatus:qꝛ credidit ꝯſcientie impetrantis vbi nulli ſit preiudicium.

¶ Sequitur.xxiii.regula.

¶ Item declarauit idem dominus noſter ꝙ libra Turoneñ.paruorum ⁊ florenus auri de camera pro equali valore in concernentibus litteras ⁊ cameram apoſtolicas computari ⁊ eſtimari debeant.

¶ Iſta regula dicit ꝙ quo ad ꝯcernētia lr̄as apoſtolicas vel camerā apoſtolicam qꝺ eſt tantū dicere librā Turonēſem quātū ducatū de camera:⁊ ꝓpter hāc rl̄am ponit in ſupplicationibus qn̄ īpetrat bn̄ficium cui⁹ fructus ⁊c̄.xx.libraꝝ t.paruoꝝ ſe.cō.exti.⁊c̄.Nam aureus ⁊ ſolidus nūmiſſma ⁊ ducatus idē eſt glo.i rub. de nūmiſ.poteſt.li.x.⁊ inſti.de pena teme.litig.§.fi.l.

quotiens.c. de ſuſce.lib.x. de qua materia per cano-
niſtas in.c.quanto de iureiu. ⁊ ꝑ legiſtas maxie Bar.
in.l.paulus.ff.de ſolu.ſed interrogaui in curia canoni
ſtas vnde habuit ortum libra iure paruorũ ⁊ vnus ab
breuiator magnus dominus reſpondit mihi ad ephe
ſeos ⁊ voluit dicere ꝙ in iſtis vocabulis recurrẽdum
eſt ad catholicon pro quo facit gl.in rubri.ff.ſolu.ma-
tri que dicit ꝙ diſputatio vocabulorum eſt reliquẽda
pertinacibus.i.capitoſis: ſed certo ego intelligo illaꝫ
glo.veram quando non refert multuꝫ quid ſignificet
vocabulum: quia tunc eſſet pertinacia inſiſtere in eiꝰ
ſignatione alȝ ſecus nã omnis ſciẽtia incipit a cogni-
tione vocabuloruꝫ ut ait Bal.in.l.liberti liberteqꝫ.C.
de ope.li.i.ii.col. ideo oportet videre quid eſſet libra
turo paruorum propter ſurreptiones bullarũ quo ad
valorem tamẽ qꝛ hic declaratur ſatis eſt quo ad nos.
ſed interrogaui vnuꝫ gallicum quid eſt iſta moneta.⁊
dixit mihi ꝙ cum alias fuiſſet factum conciliuꝫ in ci-
uitate Turoneñ. Rex frãcie q habebat hodia Italos
procurauit ꝙ fieret impetratio ſm illaꝫ libram Turo
neñ.paruorum que libra valet vnum ducatũ ⁊ ꝙ nõ
fieret per ducatos.⁊ ſic tunc factum fuit. ſed credo ꝙ
ſit ſomnium ⁊ ſatis eſt ꝙ ſumus certi quantũ valet li-
bra turoneñ.paruo qꝛ valet vnũ ducatũ ſed vidi dubi
tari qñ intelligit ducatus impetrationibus an ſm
ꝙ ualet in partibus uel ſm ꝙ conſtat in curia cũ cam
bio ⁊ allegaui ꝙ ſꝫ ꝙ ualet in curia in cãbio ⁊ allega-
ui nota.in.d.c.quanto.⁊ in.d.l.paulus de ſolu. que lõ
gum eſſet referri hic ut practicat rota.

Qualr exiſti-metur ducatꝰ i impetratiõibus.

¶ Sequitur.xxiiii.regula.

¶ Item prefatus dominus noſter papa vo
luit:decreuit:⁊ ordinauit:quod quecũqꝫ cõ
ceſſionum gratie ⁊ mandata etiã motu pro
prio ⁊ cum derogatione huius cõſtitutiõis
que ab eo pro quibuſcunqꝫ perſonis emana
uerint de prouidẽdo eis de quibuſuis bene
ficijs vacaturis per ꝓmotiones quorũcũqꝫ
ad eccleſiarũ ⁊ monaſteriorum regimina ſi
huiuſmodi cõceſſiones ⁊ mandata dieꝫ pro
motionis promouendorum ipſorum preceſ
ſerint necnon quecunqꝫ collationes ⁊ ꝓui-
ſiones pro tempore faciẽde de premiſſis ac
quibuſuis alijs beneficiis eccleſiaſticis ſecu
laribus ac regularibꝰ que ꝑ ꝓmouẽdos vel
per aſſumendos ad quaſcũqꝫ prelaturas in
ter illarum vacationuꝫ ⁊ huiuſmodi promo
tionum vel aſſumptionuꝫ tempora ſimplici
ter vel cauſa permutationis vbicunqꝫ ſigna
ri vel alias dimitti contigerit cuꝫ inde ſecu-
tis pro tempore ſint caſſa ⁊ irrita nulliuſqꝫ
roboris vel momenti.

¶ Iſta regula dicit ꝙ mãdata de ꝓuidendo ſiue pro
uiſiones quorũcũqꝫ beneficiorum vacaturorum per
promotiones quorũcũqꝫ ad quaſcunqꝫ ꝑlaturas:et ſi
fiant motu proprio derogatione huius cõſtõnis. Itẽ
prouiſiones ⁊ collationes beneficiorum illoꝝ qui de
berent promoueri que vacant per reſignationem ſim-
plicem illorum vel ex cauſa permutationis etiaꝫ ſunt
nulle ⁊c. Et ratio huius cõſtitutionis quo ad primã
partẽ fuit iſta: quia quãdo vnus debebat promoueri
ad epatũ vel ad regimen monaſterij tũ erat importu

natꝰ papa ſuꝑ beneficijs illis vacaturis ꝙ ꝓpter im-
portunitatē illa ꝯcedebat: ēt idignis. iō caſſat papa ta-
lia mādata ⁊c. Quo ad ſcḋam partē fuit rō. qꝛ ille q ſcie
bat ſe promouēdū faciebat reſignatōes ſecretas vł ex
cauſa ꝑmutatiōis ꝑmutabat pinguia bñficia pro vno
bñficio minimo qḋ pōt fieri iuxta doctrinā do. i. c. cū
venerabilis. de excep. ⁊. c. cū vniuerſorū. de re. ꝑmu. ⁊
ſic quando papa volebat conferre nihil reperiebať vł
modicū in bñficijs ſuis: iō ⁊c. ¶ Et ponderandū mihi
puto id qḋ dr̃ hic: qꝛ dať ītelligi ꝙ bñficia vacātia taꝫ
per ꝓmotionē ad eccleſiā cathedralē q̄ꝫ ad regimē mo
naſterij vacāt ī curia: ſꝫ de iure nō reperio hoc cautū i
mo video ꝙ illi ad quos ꝑtinet collatio illoꝝ bñficioꝝ
pñt ea ꝯferre ꝑ manꝰ ꝯſecratiōs ⁊c. c. cū in cunctis. de
elec. Itē de iure cōi nō repio cautū ꝙ ſi vnꝰ hꝫ pſtimo-
nia vł alia bñficia ſimplicia ⁊ ꝓmoueť ad regimē mo-
naſterij ꝙ iſta bñficia vacāt ipſo facto: ſed bene repe-
rio illa reſeruata per extraua. ad regimen: ſed qꝛ illa ex
traua. expirauit cuꝫ bñdicto eius ꝯditore vt ex fine eiꝰ
apparet. ⁊ dixi ſupra in alia rła. Sequiť ꝙ ſi papa mo-
rireť qui has regulas fecit ſuo tp̃e duraturas. vt ſupra
in ꝓhemio. ⁊ fecit ſiłes reſuatiōes in illis ꝯtētas in ex
trauā. ad regimē: ꝙ tūc ſi anq̄ꝫ eligereť alius pontifex.
vel anq̄ꝫ faceret rłas reſuationū vacaret ep̄atꝰ ⁊ cano
nici eligerēt ⁊ archiep̄s ꝯfirmaret ꝓut pñt facē. vt di-
xi ſupꝰ ī ſcḋa rła: ꝙ tūc ille ad quē ꝑtineret collatio ip
ſoꝝ bñficioꝝ poſſet ꝯferre de iure ꝑ. d. c. cū in cunctis.
Itē ꝙ an̄ electionē illiꝰ vel ꝯfirmationē poſſet ille renū
ciare bñficia ſua ſimplr̃ vel ex cā ꝑmutationis: qꝛ tūc
non hēret locū iſta rła ꝑ ꝓhemiū rłarū. Et iſta vꝫ in filij
ꝓ cōcordātis alemanie ⁊ ꝓ pragmatica frācie: ſed ad
tollēdū h̾ dubiū papa dic̄ qñ ꝓmouet aliquē ad eccle-
ſiā ꝙ reſuat bñficia ipſiꝰ ⁊ ꝯfert alij vł mādat ꝯferri:
⁊ iſta ē reſuatio ſpālis q̄ ſolet ꝑ cācellariaꝫ expediri vt
dixi ſupra in alia regula. Itē pōderādū mihi arbitror
iſtud verbū qḋ poniť hic ēt motu ꝓprio ⁊ cū deroga
tione hmōi ꝯſtōnis ⁊c. Ex quo vr̃ ꝙ papa iponiť ſibi
ipſi legē: ⁊ ꝙ etiā ſi appareret bulla cōceſſa motu pro
prio ⁊ cū derogatiōe iſtius ꝯſtitu. ꝙ nō deberemus
obedire: ſꝫ hoc eſt ꝯ̃ diſpōnē iuris cōis: qꝛ ꝑ quācūq̄ꝫ
poteſtatē papa daret alicui: vel quecūq̄ꝫ v̾ba diceret
in ꝓuilegijs ⁊ ꝯſti. nihilominus maiorē ptātē retinet
penes ſe ad totū illḋ caſſandū. c. dudū. ⁊. c. q̄ꝛuis. lo.
ij. de p̄bē. lib. vi. Ergo ſequiť ꝙ ſi papa diceret in bul
la ꝓuiſiōis ꝙ motu ꝓprio ⁊ ex certa ſcīa hoc facit ⁊
ꝙ exp̄ſſe derogat huic ꝯſti. ꝙ valeret iſta derogatio ꝑ
tur pſona nec mod⁹ vacãdi: tñ ſi papa ſciret ita de fa-
cili nõ ꝯcederet ıõ impetratio eſt nulla. facit. d. c. po-
ſtulaſti. de reſcrip. ⁊ qͦ dixi ſupꝛa rl̃a proxima. Ideo ſi
ſecũdus impetraret ⁊ exꝓmeret verũ modũ vacãdi il
la ſecũda ⁊ nõ ꝓma per iſtã rl̃az iũcto. d. c. poſtulaſti. ⁊
q̃ꝛ iſta rl̃a ãnullat impetrationẽ credo ꝙ etiã camera
nõ daret etiã ſi vnus modus vacãdi exꝓmereť: tñ du
bito de auaritia officialiuz ⁊ credo ꝙ iſta ſit dãda ex
quo hẽt decretũ irritãs vel ãnullãs vt dixi. ⁊ crederez
ꝙ ſi in clauſulis ſupplicatiõis ẽt hoc petereť ⁊ in coꝛ
pore etiã ꝙ tũc nõ haberet locũ iſta regula ex quo pa
pa bis mandat. ⁊ ſcd̃s iuſſus habeť ꝑ certa ſcia vel ꝑ
motu ꝓpꝛio vt in. l. nec dãnoſa. C. de ꝓcib⁹ impa. off.
⁊ ibi dicit Bal. ⁊ facit glo. ĩ vbo alijs quã no. ibi An
ge. ĩ auc. de non alie. aut ꝑmu. §. q vero veriſil'e col. ii.
niſi dicas ꝙ id qd̃ dr̃ vnico ꝯtextu habeť ꝑ vno actu
licet pluries repetať. facit glo. in. l. ſi cõuenerit. la. i. ff.
de pig. ac. ⁊ gl. ab eo. de ap. li. vi. ⁊ qd̃ dicit Bal. in ꝓ
hemio. C. ⁊ glo. in. c. ſuã. de ap. ıõ dubito ꝙ cãcellaria
etiã hoc reciperet ſed de camera nõ dubito ſi eſt pecu
nia. ıõ ꝑmittas bñ taxari talẽ bullã vt trãſeat ꝑ came-
rã ſi habes pecũias hec loquẽdo cũ curialib⁹. R. P.

Sequitur. xlvi. regula

Itez voluit ſtatuit ⁊ oꝛdinauit ꝙ quotieſ-
cunq; per ſignaturam ſuaz vel de eius man
dato factam ſuper expediẽdis aliquibus cũ
adiectione ꝓpꝛii nominis vel dignitatis cu
iuſuis iudex dentur littere deſuper expediã
tur cum expꝛeſſione ꝙ idem iudex executio
nem faciat per ſeipſum.

Iſta regula dicit ꝙ qñ papa dat aliquez iudicẽ ſuꝑ
expediendis aliq̃bus negocijs vel cauſis de mãdato
pape ꝑ ſuã ſignaturã vel de eius mãdato factã: tũc ſi
exprimatur nomẽ ꝓpꝛiũ ſiue nomẽ dignitatis iudicis
in expeditione litterarũ dz exprimi ꝙ idẽ iudex execu
tionẽ huiuſmõi faciat per ſeipſuz. hoc dicit. Et hec re
gula eſt ꝯtra multa iura dicẽtia ꝙ iudex poteſt ſubde
legare ſi eſt delegatus pꝛincipis. ſufficiat. c. paſtoꝛalis ⁊
de offi. deleg. ⁊ hoc de iure canonico ne videať obſta
re. i. ſi. ff. de officio eius cui mãdata eſt iuriſdi. ⁊ l. mo Rõ di
re maioꝝ. ff. de iuriſ. om. iudi. ergo. ⁊c̃. Sed ratio de- crdẽde
cidendi eſt: q̃ꝛ videť electa induſtria pſone qñ dať a hni⁹ re
papa ꝑ ſignaturã: ⁊ ıõ ne ſine cã poſſit ſubdelegař mã gule.
dat hoc: hic papa ꝙ ponatur iſta clauſula ꝑ qua fac.
c. ſi. §. is aũt. de offi. deleg. Sed iſta regula nõ hz locũ
in reſcriptis que cõiter emanãt ſine ſignatura pape vł
eius mandato facto: ergo nõ debemus recedere a ver
bis: quia reſcripta ſine ſignatura expediũtur: ⁊ hoc ıõ
q̃ꝛ fundanť iure cõi oia reſcripta. ſ. cõqueſt⁹ ad audiẽ
tiam ſuaz nobis dilecti ⁊c. Et per ſupꝛadicta videť ꝙ
vicecãcellarius nõ pót ponere in officio ſuo aliũ regẽ
tez cancellarie cũ eius induſtria ſit electa. tñ ꝯtrariuz
eſt verũ vt infra dicaz in ſui ꝑtãte qd̃ facit ꝯtra fanta
ſticos dicentes ꝙ nõ hz ꝑtãtem niſi ſcd̃m regulas cã
cellarie. ⁊ iſta regula nec facit pꝛo nec ꝯ aliquez: ıõ ne
ſcio ſi ſit danda ⁊ credo ꝙ nõ: q̃ꝛ ꝯcernit expeditionẽ

tūſ lraꝝ ⁊ nō hȝ ꝺcretū irritās cū correctiōe. D. T. R.

¶ Hic hñt aliqui libri rubricā deſpēſationibus.

¶ De diſpenſationibus.

¶ Sequitur. xlvi. regula.

¶ Item voluit ꝙ in litteris diſpenſationū ſup aliquo gradu ꝯſanguinitatis vel affinitatis: aut alias prohibito ponatur clauſula ſimiliter rapta non fuerit ⁊ ſi ſcienter ponat̄ clauſula addita in quaterno.

¶ Iſta regula dicit: ꝙ qñ petitur diſpēſatio a papa ſuper aliquo gradu prohibito a iure ꝯſanguinitatis vl̄ affinitatis aut etiā publice honeſtatis tūc cācellaria vel etiā penitentiaria ponit clauſulā dū tñ dicta mulier rapta nō fuerit ⁊ ſi expreſſum eſt ꝙ ſcienter ꝯtraxerūt matrimoniū dȝ poni clauſula addita in quaterno cācellarie quē dicit ꝙ ſeparent̄ ad tp̄s quouſqȝ ad arbitrium cōmiſſarij ꝯgruentē egerint penitentiaȝ ⁊ poſtea diſpenſent̄ ſecum. hoc dicit. ⁊ inq̄ztum textus hic exprimit gradū ꝯſanguinitatis vel affinitatis vel alias prohibitū iſtud vltimum intelligi dȝ de publice honeſtatis iuſtitia: puta ſi frater meus ꝯtrahit matrimonium cum maiori ſeptennio ⁊ minori. xij. tunc lȝ ibi non ſit affinitas: tñ eſt publice honeſtatis iuſtitia que etiā dirimit matrimoniuȝ. c. litteras. ⁊. c. acceſſit deſpōſa. impu. ⁊. c. iuuenis. deſponſa. ⁊. c. vnico. e. ti. lib. vj. ideo ſi ego volo ſecū ꝯtrahere opȝ hr̄e diſpēſationem a papa ⁊ dȝ ſeruari iſta regula: ⁊ ſi dicat̄ ꝙ expreſſa affinitate hic etiā veniebat publice honeſtatis iuſtitia: vt vult glo. in verſic. ij. et. iij. in. c. non debet de ꝯſan. ⁊ affi. ſed certe illa glo. debet intelligi qñ diſpēſat̄ p̄ncipalr̄ ſup affinitate: et tūc in ꝯñtia veniat publica honeſtas al's ſecus. naȝ eſt publica honeſtas tm̄ tunc dȝ exprimi per ſe: ⁊ ſic intelligit̄ glo. ꝯ̄ria in arbore cōſanguinitatis ſm̄ Abb. in. d. c. nō dȝ. ideo fuit neceſſe hic poni iſta v̄ba obſcura: q2 refert ſe ad aliaȝ ſcripturā. ⁊ in hoc caſu perinde eſt ac ſi tot⁹ ille tenor illi⁹ clauſule inſereret̄: nō oportuit illū quaternū videre. facit. c. cuȝ venerabilis de exce. auc. ſi qs in aliquo documēto. L. de eden. nec obſtat iſtud qđ dicit Bal. in. c. §. ſi. quali. oliȝ. feu. aliena. pote. col. x. qui dicit ꝙ quando ſtatutū p ſe dat certam formā non opȝ pſcrutari aliam ſcripturā etiā ſi in ea fiat mētio alicui⁹ ſcripture: q2 illud verū quādo inſereret̄ illa clauſula alias ſecus per ea que dixi: ⁊ ſic loquūtur iura faciētia mētionē de edictis pretorū in p̄io caſu. vt dicit ibi. Bal. ⁊ ideo debuiſſet hic inſeri illa clauſula: ſed q2 agit̄ de exburſanda pecunia ⁊ vt facta curie nō itelligant̄ ab oib⁹ maxime extra curiā ponunt̄ hec verba ⁊ ſimilia ⁊ audio ꝙ penitentiaria ſeruat hanc regulā: ſed de ſeparatione neſcio ⁊ camera etiā dēret ſeruare. ſed ꝓ pecunia credo ꝙ iſta cl'a nō poneret̄ nec q̄ ad raptaȝ nec quo ad ſeparationē. nā oīa venalia rome. vt ait Saluſtius. ⁊ credo ꝙ non ſit danda: q2 cōcernit expeditionem ⁊ non habet decretum irritans ⁊ credo ꝙ ſi iſte clauſule non ponūtur: ſed ſimpliciter trāſeat bulla ꝙ coram iudice commiſſario poſſet opponi ⁊ ꝙ redderetur ſurrepticia bulla. ar. ca. qđ dilecto. ⁊. ca. q2 circa ⁊ qđ ibi nota. maxime p doc. de cōſan. ⁊ affi. iūcto. c. poſtulaſti. de reſcrip. tñ ponitur iſta clauſula ad iuſtificationem eccleſie ⁊ ad exburſandum pecunias. ⁊ prima clauſula. ſ. dummodo rapta non fuerit fundatur i. c. ſi. a cōtrario ſenſu in ſi. de rap. nam licet de iure canonico valet matrimonium ꝯtractū cū rapta duȝ tamē diſſenſus trāſeāt i ꝯſenſuȝ tñ hoc veꝝ ſi al's ſint abiles pſone ad ꝯ̄hendū. vt in di. c. ſi. Iteȝ ſecūda clauſula ꝙ ſeparent̄ fundatur breuiter in. c. ex lr̄is. de ꝯſan. ⁊ affi.

oīa ſūt vēalia rome.

¶ Sequitur.xlviij.regula.

¶ Item voluit ꝙ in diſpenſationibus ſuꝑ defectu natalium ꝙ poſſint ſuccedere in bonis temporalibus: ponatur clauſula ꝙ non preiudicetur illis ad quos ſucceſſio bonoꝝ ab inteſtato pertinere debeat.

¶ Iſta regula dicit: ꝙ ſi diſpēſetur cū aliquo vt poſſit ſuccedere in bonis tꝑalibus ꝙ dꝫ poni clauſula ꝙ nō ꝑiudicet illis qui ab inteſtato ſuccedere deberēt. hoc dicit iſta regula ⁊ poſſet poni exēplū in terris eccleſie: q alias in terris impij: ⁊ lꝫ aliqui doctores ꝑ placebo dn̄o velit tenere ꝙ poſſit papa legitimare q̄ ad tꝑalia ⁊ q̄ ad ſucceſſiōes: ſꝫ de⁹ nouit an hoc ſit verū. ꝯ quo per doc. an. c. ꝑ venerabilē. q fi. ſint legit. tn̄ ſic legittimatus ꝑ impatorē nō cenſet legittimat⁹ q̄ ad ordies, neqꝫ q̄ ad bn̄ficiuꝫ: vt ait glo. in. c. īperatores. x. di. ⁊ ī c. i. lix. di. ⁊ in. c. ꝑuenit. c. di. ⁊ hoc cōiter tenet etiā ꝑ Bal. ī ꝓhemio. C. q ē legiſta. ḡ idē pōt dici ecōtrario cū ꝯrioꝝ eadē ſit diſciplīa. iſti. de his q ſunt ſui vl' alie. iur. in ꝓn. ⁊ iſta clauſula fundat in. c. nāles. ⁊ ibi no. ſi de feu. fue. ꝯtro. ⁊ ꝑ dicta doctoꝝ in. di. c. ⁊. in. c. tāta. q fi. ſint le. ⁊ credo ꝑ dicta iura ⁊ ꝑ alia vulgaria dicēria ꝙ ꝑ reſcriptū vl' ꝑuilegiuꝫ nō derogat iuri tertij ꝙ ēt ſi non ponat iſta clauſula: tn̄ itelligit: ſꝫ q agit h̄ exburſanda pecunia. vl' vt iuſtificet ſe eccl'ia cū clauſulis ſubintellectis: ⁊ q h̄ ꝯcernit ꝑiudiciū tertij. credo ꝙ eēt dāda ēt in terris eccl'ie camere: tn̄ bn̄ credo ꝙ poſſet expediri ſine iſta cl'a: ex quo ſubītelligit vt dixi ⁊ qn̄ opat iſta clauſula vl' an papa poſſit legittimare in terris regū vel impatoꝝ quo ad tꝑalia: nō ē meū h̄ dicē: ſꝫ remitto ad ea q̄ dixi in di. c. poſt doc. legēdo h̄ rome. ⁊ credo ꝙ nō ſit dāda cum concernat expeditionē lraꝝ ⁊ nō hēt decretū irritāſ. Unū tn̄ nō omittā circa legittimationē: ꝙ etiam in terris eccleſie papa nō pōt ex ordinaria poteſtate legittimare filium pſbyteri vt ſuccedat in patrimonjalibus pſbyteri. q fit ꝑ iudiciū eccleſie. cui ſunt bona clerici obligata ꝑ mala adminiſtratiōe eccleſie quā geſſit: ſicut dic̄ Domi. de impatore in terris impij ī hoc caſu in. c. quo iure. iuxta fi. viij. di. tamē ſi ipſe faceret ex certa ſciētia valeret in bona hora: q nullus poteſt dicere ſibi cur ita facis. vt dicit glo. in. c. quāto. de tranſla. prela.

docto res de place bo domino.

¶ Sequitur.xlix.regula.

¶ Item ꝙ per quancunqꝫ ſignaturā in quauis gratia nullatenus diſpēſatio veniat niſi dicta gratia totaliter effectuꝫ diſpenſatiōis huiuſmodi concernat: vel alias nihil conferret aut operaret: ⁊ ſi ſuper defectu etatis ſit diſpenſatio huiuſmodi de duobus dūtaxat annis dari valeat habita prius ꝑ teſtes idoneos vel alias informatione quo ad hoc de idoneitate perſone cui dicta diſpēſatio concedetur.

¶ Iſta rl'a dicit ꝙ ꝑ quācunqꝫ ſignaturaꝫ in q̄uis gr̄a nulla diſpēſatio veniat: niſi ſuꝑ diſpenſatiōe ꝑncipaliter ſit facta. vl' ſi alias nihil opet ⁊ ſi diſpēſet ſuꝑ defectu etatis dꝫ cācellaria dare de duob⁹ ānis: tn̄ ꝯſtito ſibi al's de idōeitate ꝑſone. hoc dicit pone exēplū ſi minor. xx. ānis vel baſtard⁹ dicit ſe minorē vl' baſtardū ⁊ īpetrat bn̄ficiū tn̄ a papa. tūc in ꝑmo vl' in ſcđo caſu rl'e ſi papa dicat fiat vt petit nō ꝓpterea vi ꝙ cācellaria dꝫ diſpēſare cū iſto: niſi ſicut di in exceptōib⁹

Et rō dubitandi eſt: q̄z ex quo exprimit̄ defectus. ⁊ pa pa rn̄det ad petita. vt̄ hoc diſpēſare q̄z talis p̄ſumit̄ rn̄ ſio qualis fuit petitio. c. inter dilectos. de fide iſtru. p ter. ⁊ glo. ideo videtur princeps diſpēſare. ar. l. quidā consulebāt. ff. de re iu. Sed ratio decidēdi fuit: q̄z prin ceps nō ꝯcedit ea que ſunt ſtricti iuris vnico v̄bo ne videat̄ deſtruere iura multis vigilijs ꝯdita vnico ver bo. ar. l. ſi qn̄. C. de inoffi. teſta. ⁊. l. ꝓcipimus. C. de ap. ⁊ iſta regula ꝯcernit expeditionē lr̄arū ibi per quācū q̄z ſignaturā ⁊c̄. ideo nō deberet dari ad ꝓducēdū in iudicio. q̄z non annullat actū ⁊ non dirigit̄ iudicib⁹. Itē ex iſta regula nota illud q̄d fundat̄ iure. q̄z d̄ ꝙ in quacunq̄z diſpēſatione etiā reſtringi verba debent ali quid operari. c. ſi papa. de priui. lib. vi. cū ſimili. tamē ſufficit ꝙ operent̄ aliquem effectū. etiā ſi ille effect⁹ nō ſequat̄ i totū illud q̄d v̄ba ſonāt. hoc fundat̄ hic. ⁊ ad hoc facit glo. not. in. c. ſi duo. i. reſpō. de ꝑcu. li. vi. quam notat ibi Domi. ad hoc. ⁊ pro hoc etiā facit q̄d ipſe dicit in. c. ei qui de ꝓbē. lib. vi. in. vi. ⁊ in. vii. co. ⁊ allegat ēt illā gloſam ad limitationē dicti. c. ſi papa. ⁊ ēt faciat glo. in v̄bo occupātis in eo. c. ad hāc regulā quā ēt ibi no. Domi. camera tn̄ que eſt liberalis quo ad receptionē pecunie bn̄ expediret bullas ſup tali ſi gnatura. iō ſis caut⁹ ꝙ ibi facias expediri. q̄z rota neq̄z aliq̄s iudex nō curat nec d̄z curar̄ d̄ ſignatura pape: ſz de bullis vt dic̄ r̄la cācellarie ⁊ ſupius dixi: nō tn̄ foret ꝯ iuſtitiā imo ꝯſonū iuri. ꝙ ſi aliter expediret̄ bulla q̄z h̄ exp̄mat̄ ꝙ daret̄ cōmiſſio p placet q̄d ꝯſtito de ſup plicatione. Et de hac regula auditor nō daret fidē di cte bulle: ſed dubito ꝙ ſignaret̄ ſine fauoribus ⁊c̄.

¶ Sequitur. l. regula.

¶ Item voluit ꝙ ſuper defectu nataliū de tur graduatis ſeu de magnis nobilib⁹ geni tis per ſimplicem ſignaturam quattuor etiā ſi canonicatus ⁊ prebende cathedraliū ſeu collegiatarum eccleſiarū: ⁊ perficiat vt peti tur vltra hoc dignitates etiā maiores ⁊ p̄n cipales. alijs vero p fiat tria: ⁊ per fiat vt pe titur quattuor ſi petātur. dummodo canoni catus ⁊ prebende cathedralium eccleſiarū vel dignitates non exiſtant.

¶ Iſta regula dicit ꝙ ſi vnus petat diſpēſari ſecū ſup defectu natalium ⁊ ad beneficia ꝙ ſi ille ſit graduat⁹ vel de magnis nobilibus p̄ ſignaturā pape ſimplicē. ſ. fiat debent ſibi dari quattuor bn̄ficia. ēt ſi canonica tus ⁊ ꝓbēde cathedraliū eccleſiaꝝ exiſtāt: per ſignatu rā fiat vt petit̄ tunc d̄z addi etiā ſi dignitates maiores poſt pontificalē vel p̄ncipales in collegiatis eccleſijs exiſtant. ſi vero nō fuerit de magnis nobilibus genit⁹ d̄z ſibi dari p ſimplicē ſignaturā. ſ. fiat ad tria bn̄ficia ⁊ p fiat vt petit̄ ēt quattuor ſi petāt̄: dūmodo nō ſint canonicat⁹ vel dignitates ⁊c̄. hoc dicit. Et q̄ ad iſtas regulas loquētes per fiat vel per fiat vt petit̄ ⁊c̄. idem practicat hodie cācellaria ſi ſignatura fiat p cōceſſum ideſt per illum cui papa cōmittit ſignaturam ſuā vel per vicecācellarium. ar. l. item eorum. §. i. ff. ꝙ cuiuſq̄z vniuerſitatis noīe quicq̄d ſentiat Bal. in fili in. c. na turales. in. i. col. ſi de feu. fue. cōtrouer. col. x. ⁊ licet ſu perius in alia regula dixerim cōtrariū tamen audio q̄z aliquādo ſic practicat̄ in cancellaria. ⁊ in hoc ſtan dum eſſet ſtilo ⁊ tollerantie pape. ar. c. q̄z graui. de cri mine falſo. ⁊. c. ꝙ tranſlationē. de offi. lega. ⁊ quod di cit ibi Bal. referendo Io. an. q̄z iſta r̄la cōcernit expe ditionē litteraꝝ ⁊ nō ānullat. iō nō debēt dari nec da

bitur vt credo. Et inq̃ȝtũ iſta rł'a loquit̃ de genitis ex magnis nobilib⁹ ſciẽdũ mihi eſt ꝙ nobiles dñr triplr. Quidã ſũt illuſtres.i.nati ex duob⁹ marchiõib⁹ aut comitib⁹ q reputãt̃ illuſtres.l.ii.vt digni.ordo ſer.li.xij. Alij ſũt magni nobiles.i.filij baronũ q ſũt ſine adminiſtratiõe dignitatis alicui⁹ d̃ p̃dictis: vł ſi ſint cõites nõ tñ reputant̃ illuſtres: ſȝ vocant̃ magni nobiles ex quo dñt a nobilib⁹ ex iferioꝝ nobiliũ gñe: qꝛ in hoc reputant̃ nobiles ex reputatiõe. vt dic̃ Bar. late ĩ repetitiõe.l.i.C.d̃ digni.li.xii.ꝛ vltra eũ allo.c.i.ĩ pn.ꝛ §.ſi qs v̄o temerario.d̃ pace.ĩ fi.colũ.x.ꝛ de iſtis loqt̃ iſta rł'a qd̃ appet: qꝛ eq̃parat eos graduatis ꝛc̃. Et alij ſunt nobiles ex iferioꝝ nobiliũ gñe.ꝛ iſti ſũt q cõiter dñt a plebib⁹ ꝛ reputant̃ maiores q̃ȝ plebes: ꝛ iſti appellant̃ diuerſis noĩbus ſȝ vſuȝ p̃rie. Nã venetijs appellant̃ forte magnates ꝑ q̃ noĩatiõe ꝛ nobilitate eſt tex.in.c.in gn.ibi eũ oĩb⁹ locoꝝ priuatius ꝛc̃.de pace iuramẽ.fir. Et florẽtie appellant̃ maiores.ꝛ in hiſpania vocant̃ fidaligos.vt ex dictis Bart.colligit̃.ꝛ B̄ dic̃ expſſe.in.d.l.i.ꝛ d̃ iſtis nõ loquit̃ iſta rł'a: de q̃ me remitto ad glo.quã feci in rł'a p̃rogatiuaꝝ Pauli ſuꝑ q̃ nobilitate pugnaui in curia.ꝛ qcq̃d h̄eo exinde habui meis manib⁹ gr̃a dei.ꝛ hic nõ opȝ ſpecificari illas nobilitates.ſȝ ſatis ẽ ꝙ q̃ ad p̄mã ꝛ ſcd̃aȝ h̄eat locum iſta rł'a.ꝛ nõ q̃ ad tertiã.d̃ qua notabilitate ẽt aliq̃d ꝑ Bal.in.c.qs dicat̃ dux.col.x. Itẽ nõ eſt hic iſiſtẽdum an illegitim⁹ ſi nobilis.qꝛ nõ fundat ille tex.ꝛ ſũt iura ꝓ ꝛ ꝯ̄.ꝛ ꝯſului ſuꝑ hoc bis ꝙ ſic: lȝ Bal.ꝛ doc.diuerſi videant̃.ſȝ vnũ omittã hic: qꝛ ẽt natus ex aliqua baroniſſa ꝛ aliquo villano legitime dȝ gaudere hac p̃rogatiua hui⁹ rł'e faciat.c.nouit.d̃ iud.ꝛ qd̃ dic̃ ibi Io.an.ꝛ glo.ꝛ ibi Ang.in auc.de inceſt.nup.col.iii.ꝛ credo ꝙ nõ ſit dãda iſta rł'a ꝑ ea q̃ dixi ſupra rł'a pri. cãcera tñ nõ curaret d̃ iſta ſolẽnitatẽ: ſȝ daret ad q̄cũq̄ quotcunq̄ ꝛ qualiacunq̄ etiam ſine ſignatura: vt iaȝ vidi in curia: ſed dicit glo.ꝛ male: ſȝ reſpõdebũt mihi cum iuuenali quid enim ſaluis infamia nummis: dicam tñ ego qd̃ proficiat ſibi quo ad corpus: ſed non quo ad aĩam tam facienti q̃ȝ ꝯſentienti.ꝛ de graduatis hic intelligo etiã de baccalarijs in hiſpania qui ẽt ibi reputantur graduati: lȝ non ſit in iure gradus niſi doctoratus vel magiſterij: ſed ad hoc facit.l.i.C.de athle.lib.x.maxime quia differunt a ſcolaribus.ergo ſunt graduati.arg.eoꝝ que dicit Bar.de nobilibus.in.d.l.i.de digni.lib.xij.

Qui dicãt̃ nobiles.

⁋ Sequitur.li.regula.

⁋ Itē voluit ſtatuit ꝛ ordinauit ꝙ ſuꝑ obtinendis incõpatibilibus beneficiis in theologia magiſtris ꝛ in iure canonico vel ciuili doctoribus ꝛ in illis cũ rigore examinis ac eadẽ theologia licẽtiatis aut formatis baccalariis ac magnis nobilibus ꝑ fiat quinquẽniũ ꝛ addito vt petit̃ quo ad vixerit ad duo incõpatibilia aliis vero ꝑ fiat bienniũ: ꝛ addito vt petitur triennium ad duo dummodo nõ ſint due dignitates maiores poſt pontifi.ſeu principales aut due parrochiales eccleſie aut tales mixtim cuȝ p̄tãte ꝑmutandi ſi petatur.

⁋ Iſta rł'a dic̃ ꝙ qñ petit̃ diſpẽſatio quo ad duo icõpatibilia ꝛ papa dic̃ ſimplr̃ fiat.tũc graduatis ħ expſſis vel magnis nobilib⁹ dat̃ qnquẽniũ in cãcellariã.ꝛ ſi nõ ſint graduati tũc dat̃ biẽniũ ſȝ ſi ſignatura dicat

fiat vt petit. graduatis ⁊ nobilib⁹ dat quo ad vixerit alijs vero ad trienniū: ⁊ hoc intelligit dummō non ſint due dignitates poſt pontificalē aut principales in collegiatis vel due parrochiales aut tales mixtim. i. vna parrochialis: ⁊ vna dignitas maior poſt pontificalē ⁊c. ⁊ dat cū ptāte ꝑmutādi ſi petat in ſupplicatiōe. ſic dicit iſta regula. Venit ad declarādū no. in. c. de multa. de pbē. ibi circa ſublimes ⁊ lr̄atas ꝑſonas ⁊c. ⁊ qui ſunt iſti magni nobiles: dixi ſupra in regula prima: ⁊ nō debem⁹ excedē quo ad graduatos terminos, hoc poſitos. iō iſta rl̄a nō dꝫ extēdi ad baccalarios in legib⁹ vl in iure cāonico: q̄ ſi papa voluiſſet expſſiſſet. c. ad audientiā. de deci. ſꝫ qn̄ ſimplr̄ dr̄ de graduatis ſec⁹ eēt vt dixi ſupra rl̄a pri. ⁊ iſta cl̄a in fine poſita ibi dūmō ⁊c. dꝫ referri ad oīa ꝑcedētia tā ad graduatos et nobiles q̄ȝ ad alios: q̄ cl̄a i fine poſita refert ad oīa ꝯtēta i eadē diſpōne. c. inqſitiōi. de ap. facit dicit. doc. i ſi ſeruus plm. §. fi. ⁊ in. l. talis ſcriptura. ⁊ qđ in lr̄a ibi no. ff. de le. i. iō ꝑ ꝑdictā ſignaturā nō diſpēſat ad duas parrochiales: nec ad dignitates poſt pōtificalē ⁊c. etiā cū magnis nobilib⁹ aut cō graduatis ꝑ ꝑdcā: ⁊ ita ſuat in curia. Itē inquātū hic dr̄ ꝙ det ptās ꝑmutādi ſi petat in ſupplicatōe ⁊ nō ſi petat i cācellaria: ⁊ ponitur iſta cl̄a pp. c. nō pōt. §. i. ꝺ prebē. li. vj. q̄ diſpēſatio ad duo incōpatibilia intelligit de ꝑmis duob⁹ ⁊c. ſufficiat. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de v. ſig. credo tn̄ ꝙ cū tali ſignatura camera trāſiſſet tpe ſixti bullas ad vitā in vtriſqꝫ ſi expſſis. ⁊ rō ē q̄ de facili diſpēſabat ēt cū ſtabularijs ad tria incōpatibilia. ǵ ⁊c. ar. c. ꝙ tranſlatōeȝ de offi. le. ⁊ circa hoc nobiles ⁊ graduati hēbāt ꝓrogatiuā ꝟboten⁹. ⁊ nō cū effectu reſpcū alioꝝ tpe. tn̄ dn̄i nr̄i Inno. nō de facili diſpēſat ēt cū nobili ⁊ gduato ⁊ circa icōpatibilia ⁊ arbitror ꝙ dubitabit ſi cācellaria ſi ſeruat hāc rl̄aȝ: ⁊ credo ꝙ nō ſit dāda. q̄ ꝯcernit expeditionē bullarū: ⁊ nō hꝫ decretū irritās: ⁊ eſt verū.

Declaratio. c. de multa.

Sequitur. lii. regula.

Item voluit ⁊ ordinauit ꝙ per quācunqꝫ ſignaturam deinceps faciēda nulli cuiuſuis dignitatis ſtatus gradus vel cōditionis fuerit detur diſpenſatio: ꝙ duas parrochiales eccleſias vel dignitates maiores poſt pontificales in cathedralibus ſeu principales in collegiatis eccleſiis vel vna cuȝ reliqua ipſarum inſimul retinere valeat: niſi eccleſie parrochiales adeo contigue ⁊ inuicem propinque ſint qđ ipſis per vnuȝ commode deſeruiri poſſit illarumqꝫ fruct⁹ ⁊c. in ſimul vltra. xxiiii. florenos auri de camera ſꝫ cō. eſti. nō valeant annuatiȝ ⁊ de hoc in litteris diſpēſationū huiuſmodi expreſſa mentio fiat: vel niſi ſuper obtinēdis duabus ex huiuſmodi dignitatibus ſeu parrochialibus eccleſiis inſimul ꝓ magnis nobilib⁹ magiſteris vel baccalariis formatis in theologia aut doctoribus ſiue licentiatis in altero iurium per verba diſpenſamus de ſpeciali ſufficiens ſignatura habeatur ⁊ ſuper ipſis parrochialibus eccleſiis in hmōi ſignatura de parrochialibus mentio fiat.

Iſta regula dicit ꝙ per quācunqꝫ ſinaturā ampli⁹

faciendã nulli cuiuſuis dignitatis ſtatus ordinis vel ꝯditionis exiſtat deꝛ diſpenſatio ad duas parrochia les vel duas digitates maiores poſt pontificaleʒ: vel ꝑncipales in collegiato vel mixtim: niſi eccleſie par rochiales adeo ꝯtigue ⁊ exigue ſint qbus poſſet vnꝰ cõmode deſeruire: ⁊ illarum fructus. xxiiij. librarꝫ ⁊c. ⁊ ꝙ hoc exprimatur in litteris: niſi diſpenſatio fiat ꝑ graduatis hic expreſſis. ⁊ pro magnis nobilibus per verba diſpẽſamus de ſpeciali ⁊ de parrochialibꝰ fiat mentio aliter ſi alie littere expedite reperiãtur nõ va leant ⁊ idem vult ſeruari in prerogationibus diſpẽſa tionum. hoc dicit. Et iſta regula venit ad declaratio neʒ ꝑcedentis: ⁊ ipſa ſe ĩterrogat ſi benedicaꝛ anima illius qui primo ordinauit nam a ꝑncipio dicit de q̈ cunqʒ ſignatura: ⁊ etiã cuiuſcũqʒ dignitatis ⁊c. ⁊ po ſtea dicit niſi pro graduatis hic expreſſis dicaꝛ diſpẽ ſamus de ſpeciali: ⁊ cõpetẽs ſignatura ⁊c. ⁊ in lʒ non opʒ altercari: q̃a iudicio meo credo ꝙ iudicabiꝛ male ordinata. Et inquantum hic dicitur cuiuſcũqʒ digni tatis ⁊c. expono iſta verba ſm qꝺ exponit Bar. in ex traua. ad reprimendam. §. ad hoc. de quibus dixi in tractatu Car. in. xvij. qõ. ⁊ in tractatu dñi noſtri queʒ ſibi direxi ſupra extraua. ꝓientinã de futuro ꝯcilio. ⁊ credo ꝙ hanc regulam nõ debent tranſgredi etiã dñi ſecretarij de camera: quia ſi facerẽt ꝯ̃riũ ⁊ ſuppli catio eſſet ꝯtraria: tunc annullareꝛ bulle in rota per hanc regulam: ⁊ eſſet ſibi verecundia. tñ ſi papa vult facere ꝯtrariũ poteſt de plenitudine ꝑtãtis quaʒ ſem per videtur ſibi reſeruare cle. i. in fine. vt lite penden te. Ideo eſſet cautela ſi papa vult facere ꝙ aut ſigne tur ad longum prout hic dicitur: aut faciat expedire bullas ſine ſupplicatione. ⁊ tunc non habebit locum regula: quia nõ reperio ius dicens: ꝙ ad expeditionẽ bullarũ requiraꝛ ſupplicatio. facit cle. dudum. §. nos

Caute la.

enim. de ſepul. cũ glo. ibi faciat ad hoc qꝺ dixi ſupra. Item qui ſunt iſti nobiles dixi ſuꝑius in rẽa. l. ⁊ ẽt de graduatis hic nõ debemus extẽdere ad alios gradua tos ꝑ ea que dixi ſupra rẽa prima. Et iſta rẽa eſt dãda lʒ ꝯcernat expeditioneʒ litterarꝫ: q: annullat ergo ad cõmoduʒ partis põt annullari bulla: iõ eſt danda. Et inq̃ʒtuʒ hic dꝛ ſi ſint adeo ꝯtigue parrochiales ⁊c. in hoc credo ꝙ eps põt diſpẽſare ſine papa. ſufficiat gl. xxi. q. i. in ſumma. ⁊ ꝑ aliquos doc. in. c. de multa. de ꝑben. ⁊ faciat. c. ſanctorũ. lxx. di. ⁊ gl. in verbo a ſede in. c. ii. de fi. pre. li. vi. Naʒ lʒ diſpẽſatio ꝯ̃. c. de multa. nõ põt fieri per aliũ q̃ʒ ꝑ romanũ põtificẽ. vt in dicta gl. ibi. ⁊ in. c. duduʒ. ii. de elec. tñ in hoc caſu credo ꝙ eps ob vtilitatẽ eccleſie poſſet hoc facere. ar. iuriũ ſu pradictorum quicquid in. fi. ſentiatur glo. in. d. c. ii.

¶ Sequitur. liii. regula.

¶ Item cuʒ ꝯceſſiones ſuper gratiis diſpẽ ſationum quarũcunqʒ quibuſuis per ipſum dominum noſtrum conceſſarum vel conce dendarum per regulas cancellarie apoſtoli ce ſint proinde limitate: licet aliquando in petitionibus ſuper huiuſmodi conceſſioni bus oblatis multa ſint petita ne quis ꝓ̃tex tu talium conceſſionum in diſpenſatione te nere aut facere preſumat ad quod cõceſſio nes hmõi ſe nõ extendunt. Voluit idẽ dñs noſter ꝙ nulla talis diſpenſatio cuiqʒ ſuffra getur antequam ſuper ea littere apoſtolice ſint confecte.

¶ Iſta regula dicit in effectu ꝙ nulla diſpēſatio debe
alicui ſuffragari niſi lr̃e deſuꝑ ſint confecte. hoc dicit.
Et ponit magnū ꝓhemiū ⁊ credo ꝙ ſit facta ēt a prī-
cipio ad extorquēdas pecunias tam pro officialib⁹ q̄ꝫ
etiā ꝓ alijs. ⁊ hodie fit in curia ꝙ qui vult gaudere di
ſpenſatiōe ſoluit duas taxas ⁊ ponit bullā in plūbo. ⁊
quia ibi dicunt expedita ſatis eſt ſibi vt dixit ſupi⁹ ſe
penumero: q⸗ cum plumbo dicitur bullata bulla ⁊ ex
pedita. c. licet de cri. fal. Sed eſt alia cautela in curia.
Si vis ꝙ iſta regula non obſtet tibi. ſ. ꝙ facias expedi
ri quomodocunq̄ꝫ volueris ⁊ ꝓducas eius ſumptum
Fraus ꝯ iſtaꝫ regulā — in iudicio ⁊ non originale vbi retro eſt qñ fuit expedi
ta. ſed in ſumptu nō ponit̃. Itē ꝙ expedias per came
ram ſi vis ſoluere vnā taxaꝫ vltra vbi non ponit̃ quā
do fuit expedita. miror tñ de ſatrapis pecuniarū q̄uo
non inueniūt modū ad tollēdū has fraudes. ſ. ꝙ etiā
illud qđ eſt retro bullā. ſ. qñ fuit expedita faceret etiā
no. de geni⸗criſs. — r̃giſtrari. hodie tñ cū iſto officio ſollicitatoꝝ ſiue geni
cerorꝫ bene cōſtat quādo fuit expedita per librū eo-
rum. Iteꝫ etiā alias vidi conſtare per ſcribēdariuꝫ ⁊ ꝑ
alios cōputatores ⁊c̃. Et hec regula eſt dāda. tñ q⸗ hꝫ
decretum irritans. tum etiā q⸗ agitur de exburſandis
pecunijs ⁊ vidi etiam dari. Sed ponderanda ſunt v̄ba
ba prohemij hic ex quib⁹ colligitur rō totius diſpoſi
tionis. l. ſi. ff. de heredi. iſti. ⁊ Bal. dicit ī ꝓhemio. C.
§. quibus facit. c. ſi. xcix. di per que verba apparet iſtā
regulam habere locuꝫ in his diſpenſationibus que re
ſtringunt̃ ꝑ regulas cancellarie tantuꝫ. ſecus de alijs
que reſtringunt̃ per tñ de iure cōi per verba ꝓhemij
huius tamen cogitanduꝫ eſt. Unū tamen ſuccinte di
cam ꝙ diſpēſatus ad tria incōpatibilia ſi illa detineat
etiā bullis nō expeditis ꝙ nō incidat in penā extraua
gātis execrabilis ꝑ verba ibi poſita. ⁊ ſic ītellexi alias
ſ en tentiam in rota. ⁊ q⸗ cauſa pendet taceo iura.

¶ Sequitur. liiii. regula

¶ Item voluit ꝙ petentibus ſecū diſpen-
ſari rōne beneficiorꝫ qđ non teneantur ſe-
facere promoueri in Ro. curia vel in ſtudio
per fiat ſeptennium: al̃s vero det̃ quinquen
nium demum infra annum a tpe date diſpē
ſationis hmōi ad ſubdiaconatus ordinem — Hec regula ptim
ſint promoti.

¶ Iſta regula dicit ꝙ ſi petat̃ diſpenſari cū aliquo ha — ſm ꝑ-
benti parrochialē vt nō teneat̃ in Ro. curia vel in ſtu — tim ꝯ
dio ꝓmoueri ꝙ ſi papa dic̃ ſimpliciter fiat: dat̃ ſeptē — ius.
nium. Sed ſi aliter ſit ſignata ſupplicatio tñ dat̃ quī
quēniuꝫ dummodo ſit ꝓmotus infra annū ad ſubdia
conatus ordinem. hoc dicit. Et iſta rl̃a inquātuꝫ dicit
de ſtudio idē dicit ius cōe. ſ. ꝙ det̃ ſeptēniuꝫ per epꝫ ſi
vult: vt. in. c. cum eo. de elec. li. vi. Sed inquātū dicit
de curia Ro. hoc eſt cōtra ius cōe ꝙ diſpenſet̃: tñ pa
pa ex cā facit ꝓpter ꝓrogatiuas curialiū. Et inquātū
hic dr̃ q̄ꝫ det̃ q̄nquēniū ſi nō ſit ſignata ſupplicatio ꝑ
fiat. dꝫ intelligi qñ ſignat̃ ꝑ ꝯceſſuꝫ ꝑ illū cui papa cō
miſſit al̃s neſcio qñ poſſet papa facē minorē ſignatu-
rā q̄ꝫ ꝑ fiat. Itē iſta clauſula dūmō īfra anuū ꝓmotio
nis ⁊c̃. refert̃ ad totā diſpoſitionē. ex quo ponit̃ ī fine
vt dixi. ſ. rl̃a antecedenti ꝑ. c. inq̄ſitioni. de ap. ⁊ inq̄ꝫ
tū hic dr̃ a tpe diſpēſatiōis hoc eſt ꝯtra ius cōe: q⸗. c.
licet. cāon. de elec. li. vi. req̄rit ꝓmotionē ad tpe habi-
tu poſſeſſiōis pacifice. ⁊ ſic vult. c. cōmiſſa. e. tit. ⁊ li. ⁊
d. c. cū ex eo. ſꝫ dꝫ ītelligi hoc dūmō īfra ānū ꝓmotio-
nis ſit hita iſta diſpēſatio ⁊ ē gr̃a. camera tñ hodie per
quācūq̄ꝫ ſignaturā: ēt ꝑ ꝯceſſum daret ad ſeptenniuꝫ
q⸗ iſta rl̃a nō eſt dāda ⁊ nō recipet verecūdiaꝫ q⸗ ꝯcer

nit expeditionē ⁊ nō annullat. Itē qꝛ verba dūmō ⁊c. debent poni in bulla ⁊ ita ſeruatur.

¶ Sequitur. lv. regula.

¶ Item de fructibus in abſentia percipien dis detur in Roma. curia vel ſtudio reſidē do per quancunqꝫ ſignaturam ſeptenniuꝫ ⁊ alibi quinquennium.

¶ Iſta rła dicit ꝙ per quancunqꝫ ſignaturam etiā la tam ita fiat vt petiť de fructibus percipiēdis dꝫ dari in Ro. curia vel in ſtudio reſidendo per ſeptenniuꝫ ⁊ aliqui quinquennium tm̄. hoc dicit. Et eſt ratio hui⁹ regule in ſtudio per ſeptennium qꝛ lꝫ de iure ſm̄ veri tatem deberet ſcolaris habere redditus beneficiorū ſuorum in ſtudio: ut no. in. c. licet. de prebē. ⁊ in. c. qui buſdam. xxxvii. di. vbi. eſt gl. bona ⁊ ibi latiſſime Do mi. ⁊ aliquid in. c. ii. de priui. lib. vi. ⁊ idem in roma. curia vbi ſtudetur in cōfirmatione fidei circa conſtā teꝫ lꝫ videant talia ex qbus viderēt eā perdere: tm̄ qꝛ in ſtudio pſumitur quis doctus ſi ſtuduerit p ſeptēni niū maxime in iure canonico. vt dicit glo. in. c. cū ex eo. de elec. li. vi. ideo fuit iuſtū ꝙ ne eccleſia grauareť ſeruitio. ⁊ ēt alij cōbeneficiati ꝙ dareť in ſtudio ſeptē niū ⁊ in curia qnquenniū in qua poſſet qs bene iſtrui quo ad malicias. camera tm̄ p ſignaturaꝫ fiat vt petiť daret etiā decenniū ſi ſunt pecunie. ſed cācellaria ſer uet hanc rłam ⁊ iſta regula non eſt danda: qꝛ ꝯcernit expeditionem bullarum ⁊ non annullat.

In curia ro. inſtruitur qs in maliciјs.

¶ Hic hn̄t aliqui libri rubricā De indulgētijs.

¶ Sequitur. lvi. regula.

¶ Item voluit ꝙ in litteris indulgentiaruꝫ ſolum dentur feſta per cancellariam dari ſo lita ⁊ ꝙ durēt per viginti annos niſi petanť pro vna die: ⁊ tunc durent perpetuo:

¶ Iſta rła dicit ꝙ ſi papa ꝯcedat idulgētias alicui ec cleſie in certis feſtis: tūc debēt inſeri feſta q̄ ſolent da ri p cācellariā ⁊ durabūt p. xx. annos ⁊ non pl⁹: tm̄ ſi petanť p vna die tm̄ in ãno: tūc durabūt in ppetuuꝫ. hoc dicit. ⁊ rō dubitādi de. xx. annis potuit eē: qꝛ bn̄ ficium principis latiſſime eſt interpretanduꝫ. c. olim. de verbo. ſigni. facit. c. cū dilect⁹. de dona. ⁊. l. ſi. ff. de cōſti. prin. ⁊ ſic videbať ꝙ per ſignaturā pncipis debe at conceſſio iterpretari in perpetuū. facit. c. decet cō ceſſum. de reg. iur. lib. vi. ſed in ꝯtrariū facit: qꝛ iſte in dulgētie ſunt odioſe pꝑter queſtores qui non querūt cōmodū aiārū. ſed poti⁹ pecuniarū. facit. c. cuꝫ ex eo. de pe. ⁊ re. ⁊ cle. cū abuſionibus. e. ti. ſꝫ qn̄ petiť idul gētia pro vna die tm̄ in anno dꝫ durare perpetuo. i. in ſempiternū: nā hic poniť perpetuū pro ſempiterno: qꝛ perpetuū hꝫ fineꝫ multis modis. vt not. in. l. i. ff. p ſocio: ⁊ eternuꝫ eſt qđ ſemper fuit ⁊ eſt ⁊ erit vt de⁹. ⁊ ſempiternū qđ hn̄t pncipiū: ſꝫ nō deſinet: vt aīa. āge lus. ſeruit⁹. vt dicit gl. no. in. l. eū debere. ff. de ſer. vr. pre. ⁊ ſic capiť hic perpetuuꝫ pro ſempiterno quouſqꝫ finiať mūdus. Camera tm̄ in hoc extēderet vires vltra regulā iuxta ſignaturā pape. ⁊ iſta regula nō eſt dãda qꝛ ꝯcernit tm̄ expeditōeꝫ lrāꝝ ⁊ n̄ pōit dcretū irritãs.

Differētia ē inter eternū ⁊ ſempiternum.

¶ Sequitur. lvij. regula.

¶ Itez voluit ꝙ in litteris indulgentiarum ponatur clauſula ꝙ ſi eccleſie ſeu capele vł aliqua idulgentia fuerit per ipſum conceſſa de qua mihi ſpecialis mētio facta nō eſt hu iuſmodi littere ſint nulle.

¶ Iſta regula dicit ꝙ ſi papa ꝯcedat aliquā indulgē-
tiā alicui eccleſie vel capelle debet poni ī litteris bul
larum ꝙ ſi eidem eccleſie vel capelle aliqua alia īdul
gentia fuerit per ipſum cōceſſa ꝙ littere predicte ſunt
nulle. niſi de ea aliq̄ ſpālis mētio facta ſit in iſta īdul-
gentia. hoc dicit. Et ratio dubitandi pōt eſſe: q2 ſcd̄m
priuilegium non faciens mentionē prioꝝ beneficioꝝ
valet. vt no. glo. in. c. i. de reſti. ꝛ in alijs m̄ltis. Tamē
papa facit hoc ꝓpter deceptionē ſibi factaȝ: q2 ſi ſibi
fuiſſet facta mentio de alia indulgētia forte iſtā nō de
diſſet ſaltē: ita de facili ſufficiat. c. poſtulaſti. de reſcri.
Et notandū eſt iſtud verbū hic poſitū ibi per ipm cō-
ceſſa ꝛc. Ex quo ſequit̄ ꝙ ſi epiſcopus ſm̄. c. cū ex eo.
de pe. ꝛ re. cōceſſit ibidē indulgentiaȝ vel ali⁹ pōtifex
Romanus. ꝛ etiā ſi ibi non fiat mentio de illo non va
let iſta ſcd̄a per verba huius regule ꝛ iurū ſuperi⁹ al-
legatorum. Ideo eſt cautela ꝙ a quolibet pōtifice no
Cautela. uo ponat̄ noua indulgētia etiā non facta mētione al-
terius īdulgētie ꝯceſſe ab alio pōtifice vel ab alijs pō
tificibus. Et iſta non eſt de dandis: q2 ꝯcernit expedi
tionē litteraꝝ nec h3 decretū irritans: q2 iſta clā d3 po
ni in litteris: tū ſi nō poneret̄: puta in camera nō ꝓpte
rea eſſet nulla indulgentia pro textu huius regule.

¶ Sequitur. lviii. regula.

¶ Item voluit q̄d littere nō expediant̄ ſup
indulgentijs ad inſtar niſi ſpecificentur.

¶ Iſta regula dicit ꝙ littere non expediantur ad inſtar
aliaꝝ īdulgentiaꝝ: niſi ille ſpecificent̄. h. d. Et rō dubi
tandi eſt: q2 licet in vno inſtrumēto vel in aliquo alio
documēto fiat mētio alterius inſtrī vel alteri⁹ priuile-
gij tū debet cōſtare de illo ꝑ autenticā ſi q̄s in aliquo
documēto. C. de edendo. tū q̄n ꝑnceps facit mētionē
alterius inſtrumēti: vel alterius ꝑuilegij ꝑinde eſt: ac
ſi totū illud inſereret̄ ibi. caſus eſt in. c. ſi romanoꝝ. §.
itē ſi iō. ꝛ ibi glo. xix. di. ꝛ ſic v3 de iure etiā ſi fiat mē
tis in gn̄e d̄ illo. vt ibi. iō videbat̄ ꝙ ſi papa dicit ꝯce
dimus tibi ꝑuilegiū īdulgentiarū pro tali eccleſia ad
inſtar alterius eccleſie. ſ. talis tunc ſatis erat l3 nō ſpe
cificarent̄: tū q2 papa in his que ſunt facti quotidie
decipi pōt. ar. c. i. de ꝯſti. lib. vi. mandat hic ꝙ nō de-
bent littere expediri niſi ſpecificent̄. Camera tamen
credo ꝙ expediret per predicta iura: circa que faciat
glo. ꝛ quod ibi dicunt doctores circa hoc ſi l3 quam
idem facit talis littera faciens mentionē alterius pri
uilegij ꝛc̄. ꝛ an d3 oſtendi primuȝ priuilegiū. v. c. ꝯtra Reuo
morem. ꝛ in. c. vt veteruȝ. ix. diſtin. ꝛ in ca. abbate. de cato
verbo. ſigni. Et illa regula non eſt dāda: q2 ꝯcernit ex ꝑnci-
peditionē litterarū ꝛ nō annullat ꝛ ex iſta regula que pio ꝑn
loquit̄ in indulgentijs videt̄ eſſe contrarium in alijs cipali:
priuilegijs a contrario ſenſu: vt dicūt iura vulgaria an ut
ꝛ facit ad hanc regulā tex. cū glo. ſi. in. c. i. de ſi. iſtru. reuoca
ꝛ q̄d dicit Bal. in. c. de feudo guardie. in. i. co. col. x. tuȝ ad
qui allegat glo. d. c. i. de ſi. iſtru. in prerogatiuis ad in- inſtar.
ſtar ſatis eſt ꝙ fiat mentio in genere per ꝑdicta ꝛ ſic
fit hodie: tū ſi reuocent̄ ꝑncipalia ꝑuilegia an cēſent̄
reuocatum ad iſtar dixi in regula. x. ꝛ dixi ꝙ ſic ꝯtra
Bal. in. l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccle.

¶ Sequitur. lix. regula.

¶ Itez voluit q̄d ꝑ fiat ſi eccleſia cathedra
lis vel inſignis collegiata aut ſolemne mona
ſterium fuerit tres alioqn duo anni ꝛ totidē
quadragene ꝛ ꝑ fiat vt petit̄ cathedrali col-
legiale vel monaſterio q̄ttuor alijs tres an-
ni denit̄: pro ſingulis vero diebus octauarū

cẽtũ dies apponant̃: ⁊ ꝑ capella ꝑ fiat vn⁹:
⁊ per fiat vt petitur duo anni concedantur.

¶ Iſta regula dicit ꝙ ſi petat̃ idulgẽtia a papa ⁊ ipe ſignet fiat: ꝙ ſi ſit eccleſia cathedralis vl' iſignis collegiata. aut ſolemne monaſterium: tunc cancellaria debet dare tres annos ⁊ totidez quadragenas: ſed ſi nõ fuerit talis eccleſia debet dare duos annos ⁊ totidez quadragenas. ſi autez ſignet hoc modo. ſ. fiat vt petatur: tũc cathedrali vel collegiate. aut ſolemni mõaſterio debent dari quattuoꝛ anni: alijs vero tres ⁊ ꝑ capella per fiat vnus annus: ꝑ fiat vt petitur duo anni. ⁊ pꝛo quolibet die octauarũ debẽt dari. ca. dies. hoc dicit. ⁊ data eſt regula: ſed illud qḋ dicit̃ hic de quadragenis debet intelligi. i. de quadraginta diebus ꝓ qualibet quadragena: ⁊ hoc habuit oꝛtum a. c. cuz ex eo. de peniten. ⁊ remiſ. vbi cõceditur epiſcopo ꝙ poſſit dare quadraginta dies in dedicatiõe eccleſie: ⁊ iõ papa qui habet plenitudinẽ ꝑtãtis in hoc cõcedit annum vel duos ⁊ totidem quadragenas vt videat̃ differre ab oꝛdinarijs. Et inquãtũ iſte text⁹ dicit in ſecũdo reſponſo de mõaſterio dꝫ itelligi de ſolẽni vt ſuperius dicit̃: q2 oĩa regunt̃ ab illo verbo dent̃: ergo pariformiter debent intelligi. iuxta doctrinã Bar. in. l. ꝑtoꝛ ait. §. eritqꝫ differẽtia. ff. vi. bo. rap. Et illḋ ꝙ dr̃ dẽ c. diebus itelligo quo ad oĩa hic cõpꝛehenſa. etiaz de capellis per. c. inquiſitioni. de appel. cum ſimilib⁹ ⁊ qd operent̃ iſte idulgẽtie ⁊ quomodo debent cõcedi ⁊ per quẽ. ⁊ de multiplici materia ipſarũ non eſt meũ hic ponẽ̃ ſatis poſui in materia iubilei quã direxi felicis recoꝛdatiõis dño Sixto. camera tamẽ credo ꝙ nõ ſeruaret tñ hec imo daret in dupluz ſi eſſent pecunie cãcellaria tñ bñ ſeruat. Et non eſt danda iſta regula: q2 ꝯcernit expeditionẽ: ⁊ nõ habet decretũ irritans.

¶ Hic habent aliqui libri rubꝛicam de beneficijs vacantibus ⁊ certo modo vacaturis.

¶ Sequitur. lx. regula.

¶ Itẽ voluit ⁊ oꝛdinauit ꝙ in gratiis beneficialibus de vacantibus: aut certo mõ vacaturis factis qbuſlibet ſi plura petant̃ bñficia vnum cuiuſcũqꝫ anni valoꝛis ꝑ ſimplicem ſignaturam ⁊ addita vt petit̃ duo aut tria: ⁊ nõ vltra petita beneficia veniant: dũmodo etiã illoꝛũ fructus ⁊c. vltra. lx. in poꝛtatis vel centũ librarum turoneñ. paruoꝛuz cõmuni eſtimatione ſiue tantundem in illa moneta non valeant annuatim.

¶ Iſta regula dicit ꝙ ſi petantur multa beneficia in ſupplicatiõe vacãtia vel certo mõ vacatura. ſ. per ꝓmotionem alicuius ⁊c. tunc ſi papa ſignat hoc mõ. ſ. fiat. tunc venit vnum beneficium cuiuſcũqꝫ valoꝛis. Sed ſi ſignet ſic ſcilicet fiat vt petit̃ tũc duo aut tria beneficia ⁊ vltra veniunt dummodo illoꝛuz fructus. lx. floꝛenos in abſentia. vel. c. non valeant ſm cõ. ext. hoc dicit. Et ratio dubitandi fuit. q2 ſi multa beneficia petuntur in ſupplicatione. tunc ſi papa dicit fiat: videtur cõcedere omnia petita. arg. c. inter dilectos. cũ glo. de fide inſtru. quia qualis fuit petitio: talis ꝑſumit̃ rñſio. l. i. §. ſi quis ita interrogetur de ver. obliga. tñ papa vult reſtringere deceptiones curialium ⁊ cupiditates. Et illud qḋ dr̃ hic de valoꝛe in poꝛtatis lx. vel. c. ⁊c. intelligi põt duobus modis vno mõ referẽdo ſingula ſingulis. ſ. ꝑ fiat. lx. ⁊ ꝑ fiat vt petit̃ cẽtũ. facit gl. de relatione ſinguloꝝ ad ſingula. in. c. ſi quis.

pecũia.lxxix.di.vł pōt itelligi ꝙ iſta clauſula referat tm̃ ad ꝓxia.ſ.qñ daꝛ duo vł tria ꝑ fiat vt petiꝛ qđ pꝫ ibi illoꝝ ⁊c̃.⁊ ſic relatio fit in plurali:⁊ nõ dꝫ intelligi de vno tm̃.⁊ hoc pꝫ.qꝛ vnũ itelligiꝛ cuiuſcũqꝫ valoꝛis ⁊ tũc dꝫ itelligi de.lx.in poꝛtatis.ſꝫ đ.c.reſidēdo. Sꝫ certe ꝑmũ poſſet ſaluari:qꝛ valoꝛ bñficij nõ cõputaꝛ in reſiſtēdo.ꝫ i abſentia.vt vult i ſiſi Old.ꝯſi.cxviij. qđ icipit.Et vīute gr̃e ⁊ facit gl.⁊ qđ ibi dicũt doc.i c.i.đ cle.nõ reſi.li.vi.⁊ deci.rote.cxxxiii.q̃ icipit.Jtē qñ ipetraꝛ ceetũ bñficiũ.⁊ facit gl.⁊ doc.i.c.i.đ ꝓbē. Et credo ꝙ h̓ pꝛacticat cancellaria.Camera tñ daret ĩdiſticte oĩa petita ⁊ male tñ ſic ſolet fieri:maxĩe qꝛ exꝓꝛimiꝛ va'oꝛ oĩm ⁊c̃.⁊ iſta rł'a nõ eſt dãda:qꝛ cõcernit expeditionem lr̃arum ⁊ nõ habet decretum irritans.

ℭ Sequitur.lxi.regula.

ℭ Jtēꝫ voluit qđ in gratiis quas perſonis qbuſuis de beneficiis vacantibus ſeu certo modo vacaturis fieri contigerit illoꝝ ⁊ aliorum quoꝛũcũqꝫ beneficioꝝ que dicte ꝑſone tũc obtinuerint ſeu de qbus eis fuerit ꝓuiſum:vel conceſſuꝫ aut mãdatũ pꝛouideri verus valoꝛ annus ꝑ marchas argēti aut ſterlingoꝝ vel libꝛarum turonenſium paruoruꝫ ſeu floꝛenos aut ducatos:vel vnciaruꝫ auri ſeu alteri⁹ monete valoꝛ ꝺm cõem eſtimationem expꝛimaꝛ niſi motu pꝛopꝛio gr̃e hmõi fiant:vel perſone pꝛedicte beneficia que tũc obtinuerunt aut in quibus vel ad que ius eis competit iuxta ipſarum oblationes:vel alias dimittere teneanꝛ:alioqn pꝛefate gr̃e ſint nulle.Et ideꝫ ſeruetꝛ in expectatiuis de beneficiis obtentis:⁊ in quibus ſeu ad que impetranti ius competit ⁊ illoꝛum valoꝛe.

ℭ Jſta regula dicit ꝙ in gratijs factis de aliqbus beneficijs dꝫ fieri expꝛeſſa mentio ⁊ de valoꝛe illoꝝ bñficioꝝ ⁊ alioꝝ que obtinent impetrantes.⁊ ad que ius habent ꝺm cõem eſti.alr̃ ꝙ dicte gratie ſint nulle niſi ſit gratia facta motu ꝓpꝛio:vel alias impetrãs teneatur dimittere beneficia que obtinet ꝑ oblationē ſuaꝫ vel alr̃:⁊ idē vult ſeruari in expectatiuis de bñficijs obtentis.⁊ de his in quibus ius ſibi competit:⁊ de illoꝝ valoꝛe.hoc dicit.Et iſta rł'a eſt ꝑꝑ diſpõneꝫ iuris cõis:qꝛ nõ caueꝛ iure ꝙ ipetrãs teneaꝛ facere mētionem valoꝛis beneficioꝝ que obtinet.vt dicit gl.in verbo vel alteri poſt ꝓꝛ.in.cle.i.de ꝓben.⁊ tenet deci.rote in nouis.ccxc.que icipit.Jtē lꝫ impetrans:⁊ tñ iſta regula oꝛta eſt ex regula vrbani.vi.quã refert ad lr̃aꝫ ſupꝛadictam deci.⁊ alias eſt in aliquibus libꝛis in deciſione ſequenti vbi recitatur quaſi ad longũ iſta rł'a ⁊ additur ibi id foꝛe in confirmationibus ꝑ qua facit glo.quam dicit bene notandum Domi.ibi in.c.ſi apoſtolice.de pꝛebē.lib.vi.⁊ ꝙ dicitur hic de valoꝛe beneficij obtenti ⁊ obtinendi ꝺm valoꝛeꝫ marcharũ ſterlingoꝛuꝫ ⁊c̃.dꝫ intelligi ꝺm nationes vbi ſunt iſte monete.tamen ſi vnus hiſpanus poneret iſtum valoꝛem ⁊ non malitioſe credo ꝙ ſufficeret:qꝛ ſatis eſt facere vel dicere illud quod facit vł dicit lex.l.i.§.penł. ff.de aleaco.⁊ de valoꝛe obtinendi etiam nõ reperio tñ niſi in extraua.io.xxii.ꝺm taxationeꝫ decime:ſed non ꝺm verũ valoꝛē.ſed illa rł'a vrbani hoc dicit ⁊ eſt hic pꝛopter mediã annatam qñ excedit.xxiiii.libꝛas

beneficiuꝫ ⁊c. ⁊ qꝛ hodie iſta rl'a nõ ſeruat̃: qꝛ ſatis eſt
in clauſulis ponat̃ illa clauſula ⁊ ꝙ obſtãtie maxie bñ
ficiales oratoris habeant̃ ꝓ expſſis. iõ nõ iſiſto in ea
quo ad bñficia obtẽta nã in bulla ponit̃ illa clauſula
quoꝝ veros valores hic nolumus hr̃e ꝓ expſſis ⁊c. ſꝫ
quo ad obtinẽdũ ĩpetratũ dꝫ ĩtelligi exceptis diſtribu
tiõibus quotidianis. vt dicit deci. rote. cxxx. q̃ ĩcipit.
Itẽ qñ ĩpetrat̃. ⁊ idẽ vult Io. de mortua. ⁊ ar. niuer. in
rubrica ꝯ ꝯceſ. pbẽ. in addi. ad ſpe. ⁊ mea deci. hoc re
fert. ⁊ de p̃mis ẽ ꝯſiliũ Ol. cxviii. qꝺ ĩcipit ꝟtute gr̃e.
qꝺ poſui ĩ ti. ꝺ ꝟ. ſig. Itẽ circa obtẽta nõ omittã ꝺ illo
bñficio qꝺ qs hꝫ ꝙ ſtipẽdiũ ⁊ nõ ĩ titulũ nõ tenet̃ qs
facere mẽtionẽ: ⁊ hoc vult vna ꝺci. ĩ anti. ccxxxii. quã
refert Milis in ꝟbo grãm bñficii ĩpetrãs: ſed ego alle
go tex. ſingulã. ꝙ illꝺ nõ dr̃ ꝓprie bñficiũ: ⁊ ꝙ cleric⁹
ꝯiugatus põt illud retinere ĩ. c. ſi q ſunt clerici. xxxii.
di. Itẽ inq̃ꝫtũ hic dr̃ iuxta ipſaꝝ oblatiões ⁊c. dꝫ ĩtelli
gi. i. iuxta petitionẽ ꝑtis ĩpetrãtis q̃ dicit in ſupplica
tione ꝙ offert ſꝫ dũ ſm̃ tale bñficiũ ꝑ aſſecutionẽ iſti⁹
⁊c. Ex q̃ ſeq̃t̃ ꝙ ſi poſtea vellet dimittere illa vl' aliud
q̃ vel qꝺ obtinebat ꝙ nõ ꝓpterea valet gr̃a ꝑ ꝟbũ tũc
qꝺ ꝯnotat tp̃s date ĩpetrationis ⁊c. c. ſi eo tp̃e ꝺ reſcri.
li. vi. facit gl. ĩ cle. ii. ꝺ hereti. ĩ ꝟbo ex nũc ⁊ qꝺ dixi. ſ.
in ꝓhemio. Itẽ ex hac rl'a ibi vel al's ⁊c. ſequit̃ ꝙ ipe-
trãs bñficiũ curatũ: lꝫ nõ faceret mẽtionẽ valoris alte
rius curati qꝺ obtinet: vel alteri⁹ ĩcõpatibilis: tñ q̃
vacat p̃mũ ipſo iure ꝙ nõ ꝓpterea viciat̃ iſta ĩpetra-
tio ex q̃ p̃mũ dimittere tenet̃ ſm̃ hãc rl'am iuncto. c.
de multa. de pbẽ. Itẽ iſta rl'a quo ad bñficiũ ĩpetratũ
bñ eſt dãda hodie ⁊ data fuit tp̃e: qꝛ hꝫ ꝺcretũ irritãs
⁊ ẽt q̃ ad obtẽta daret̃ niſi ĩ bulla poneret̃ illa clauſu-
la quã ſupius dixi. ſ. quoꝝ ꝟos valores ⁊c. Sixtus tñ
fecit vnã aliã rl'am ꝙ teneret̃ qs exp̃mere oĩa bñficia
⁊ eoꝝ valores que obtinebat tp̃e impetrationis al's

Diſtributiones q̃tidiane: an cõputent̃ in valore bñficii.

annullabat: ſed poſtea fuit caſſata ob cauſam. Itẽ ex
predictis etiam ſequit̃ ꝙ de pẽſione quaꝫ quis nõ hꝫ
in titulum ab eccleſia: nõ tenet̃ quis ẽt facere mẽtio-
nem valoris nec ipſius penſionis facit qꝺ dicit Ioã.
an. in. c. poſtulaſti. ⁊ in ca. ad audientiaꝫ. de reſcrip. ⁊
Domi. in. c. ſi pauper. de prebẽ. li. vi. alias ſic. fac. glo.
in cle. ij. in verbo quodcunq̃ꝫ. de vita ⁊ honeſta. cle. ſꝫ
quia hodie quelibet pẽſio ſuccedit loco beneficij q̃a
eſt ad vitam recipientis. ideo credo ꝙ teneatur impe
trans facere mentionem.

¶ Sequitur. lxii. regula.

¶ Itez voluit ⁊ ordinauit ꝙ quãdo ꝓuidet
ſeu mandat prouideri alicui de beneficio ec
cleſiaſtico vacante: tũc dari poterũt clauſu-
le ſi petantur etiam ſi illud quouiſmodo ⁊c.
ſeu per cõſtitutionẽ execrabilis vacet ac ſpe
cialiter reſeruatuꝫ inter alios litigioſuꝫ ſit ⁊
eius collatio deuoluta fuerit ⁊ ſi ꝓ collitigã
te vel ſubrogationeꝫ aut ſi neutri vel ſi nulli
⁊c. petente ſi tũc ſpecifice lis exp̃matur nec
detur aliqua generalis reſ̃uatio diſpoſitiue
niſi deſuper in cõceſſione ſpecialis ⁊ expreſ-
ſe. ac pure ⁊ non ſub conditione mentio fiat:
tunc relique reſeruatiões inibi contente ve-
niant. ſi vero tẽpore expeditionis inde litte
rarum generalis reſeruatio huiuſmodi pro
bari non poſſit: aut in nouis prouiſionibus
aut pro collitigantibus ſi neutri ⁊c. ſit expſ-

ſum qd̄ ab aliq̄bus aſſeritur illum cuius be
neficiū ꝯcedit collectorē: ſubcollectorē. bre
uiatorē vel familiarē ⁊c. fuiſſe clauſula ap-
ponatur ēt ſi dc̄m beneficium ex eo qd̄ talis
collector vel ſubcollector abbreuiator vel
familiaris ⁊c. fuit diſpōni apoſtolice gene-
raliter reſeruatum exiſtit dummodo nō ſit i
eo alicui ſpecialr̄ ius queſitum. i reliq̄s ve-
ro nulla clauſula detur vnde reſeruatio ge-
neralis elici poſſit: niſi deſuper ſignatura p
duplex fiat ſignata ſit: aut per reformatio-
nem vel alias ſpecialiter habeatur.

¶ Iſta regula dicit ꝙ qn̄ papa mādat alicui prouide
ri vel ipſe ꝓuidet de aliquo beneficio: ꝙ ſi in ſuppli-
catione petatur ꝙ cōferatur quouiſmodo vacet ſiue
per ꝯſtōnem execrabilis etiā ſi alias reſeruatū ſit vel
inter alios ſit litigioſum ⁊ ſi ſit etiā deuoluta collatio
ad ſedem apoſtolicā omnes clauſule dent̄. Itē ſi peta
tur ſubrogatio pro collitigante: vel ſi petatur gr̄a ſi
neutri vel ſi nulli: tunc detur ſi hoc ſpecifice petatur.
Item ꝙ per clauſulas predictas poſitas in ſupplica-
tione non det̄ aliq̄ generalis reſeruatio diſpoſitiue. ſ.
ꝙ papa prouidet impetrāti de beneficio vacāti in cu
ria ⁊c̄. niſi fiat expreſſa mentio de tali reſeruatione ⁊
nō ſub conditione ſed pure: ⁊ tunc detur generalis re
ſeruatio expreſſa: ⁊ etiā hoc caſu alie reſeruationes cō
tente prout ſuperius eſt dictum. veniunt etiā ſi petā-
tur ſub conditione. Item dicit ꝙ ſi tp̄e expeditionis
bullarū nō poſſit generalis reſeruatio huiuſmodi pro
bari. tunc nō dʒ dari clauſula per quā generalis reſer
uatio elici poſſit: niſi exprimat̄ in nouis prouiſionibꝰ
vel gr̄a ſi neutri vel ſi nulli ꝓ collitigātibus ꝙ ab ali
quibus aſſerit̄ illū cuius beneficiū ꝯcedit collectorē
vel ſubcollectorem vel familiarē pape vel cardinalis
fuerit: q: tūc dʒ poni clauſula: etiā ſi dictū beneficiū
